

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI

OPERA.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB., 56.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI
OPERA.


GRÆCE ET LATINE.

RECOGNOVIT
GUILELMUS DINDORFIUS.

VOLUMEN SECUNDUM.

ACCEDUNT ECLOGÆ PHOTIANÆ QUÆ PERTINENT AD HISTORIAM JUDEORVM.

SUBJECTI SUNT INDICES PLENISSIMI ET FRAGMENTA NOVA
POLYBII, DIONYSII, DEXIPPI, EUSEBII.



PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,
INSTITUTI REGII FRANCIE TYPOGRAPHO.

M DCCC XLVII.





PRÆFATIO G. DINDÖRFII.

Josephi opera postquam proximis post inventam artem typographicam temporibus plusquam vicies Latine edita essent, Græce primum prodierunt Basileæ a. 1544 opera Arnoldi Peraxyli Arlenii, codicibus ex quibus ederentur non prudenter delectis, sed, ut ferebat illorum temporum in arte critica infantia, omnium prope qui adhuc innotuerunt nequissimis arreptis. Ea editio postquam aliquoties alibi repetita esset, levissimis factis mutationibus, primus qui paullo diligentiore in hoc scriptore operam poneret Joannes Hudsonus exstitit, qui non solum novam interpretationem Latinam confecit, sed etiam melioris notæ exemplaria manuscripta, inter quæ eminent Vossiana Leiden-sia, conquirere cœpit, quorum ope innumera quidem priorum editionum vitia correxit in editione Oxoniensi a. 1720, sed longe plurima tamen aliis agenda reliquit. Quibus perficiendis prorsus imparem se gesit qui editionem Hudsonianam utilibus inutilibusque accessionibus auctam sex annis post Lugduni Batavorum repetivit Sigbertus Haver-campus, licet non solum eadem omnes quæ Hudsono præsto ei essent librorum MSS. copiæ, sed novæ etiam et eximiæ suppeterent. Post Haver-campus qui Josephi opera attigerunt duos tantum invenio quos hoc loco memorem clari nominis viros, alterum Jo. Aug. Ernestium, qui in Antiquitatum Jūdaicarum libris multa egregie emendavit in Observationibus post mortem ejus editis a. 1795, alterum Ed. Cardwellum, qui Belli Judaici historiam longe quam adhuc ferebatur emendatiorem cum amplio vetustiorum codicum apparatu Oxonii edidit a. 1837. Eo igitur in loco quum rem esse videret eruditissimus hujus Bibliothecæ editor, Ambr. F. Didot, nullamque quæ repeti posset editionem omnia Josephi scripta complectentem inveniret, ego exemplar Hudsonianum ei concessi, cuius in marginibus plurima vulgata lectionis vitia ex codicibus emendaveram, alia ex conjecturis vel aliorum vel meis correxeram, licet bene sentirem quam longe hæc omnia ab ea absint perfectione

PRÆFATIO.

quam non poterit attingere nisi qui præstantiores quosdam codices denuo et accuratius quam adhuc factum examinare diuturnamque in scriptore gravissimo et emendando et explanando operam ponere volet. Præterea spem feceram Didotio fore ut alteri huic volumini præfationem præmitterem ejusdem feré ambitus qualem Pausaniæ in alio hujus Bibliothecæ volumine nuper ab se edito præfixit L. Dindorius. Verum quum post volumen prius aliquo abhinc tempore editum multorum, in primis theologorum, desiderio satisfactum commodisque melius consultum iri cognovisset Didotius, si grandia nec parvo parabilia Havercampi volumina in posterum etiam adeundi necessitate illos liberaret, mutato consilio tertium, mediocri illud ambitu futurum, addere decrevit volume, quo quæ ad emendationem et interpretationem utilia vel allata essent (*) vel nova conferri possent breviter exposita complectetur, addito etiam qui pridem ab me confectus est exquisitoris Græcitatibus indice, certiore consilio quam Hudsonianus, quem Havercañpus repetivit, instituto.

Scr. Lipsiæ Kal. Dec. 1846.

(*) [Præter edita delectus haberi poterit ex ineditis observationibus *Joannis Boivin*, quibus narratio Josephi multis locis vel explicatur docte vel aliis ex documentis corrigitur. Spes etiam facta nobis est excerptorum ex antiqua translatione Armeniaca, quæ codicum hodie deperditorum locum utilissime supplebit.]

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ

ΙΕΡΙ

ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ,

ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ

ΑΟΓΟΣ Α'.

FLAVII JOSEPHI

DE

ANTIQUITATE JUDÆORUM,

CONTRA APIONEM

LIBER I.

Ίκανῶς μὲν ὑπολαμβάνω καὶ διὰ τῆς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν συγγραφῆς, χράτιστε ἀνδρῶν Ἐπαφρόδιτε, τοῖς ἐντεῦξομένοις αὐτῇ πεποιηκέναι φανερὸν περὶ τοῦ γένους ἡμῶν τῶν Ἰουδαίων, διτι καὶ παλαιότατόν ἐστι καὶ τὴν πρώτην ὑπόστασιν ἔσχεν ιδίαν, καὶ πῶς τὴν χώραν, ἣν νῦν ἔχομεν, κατώκησεν, ἣν πεντακισιχιλίων ἑτῶν ιστορίαν περιέχουσαν ἐν τῷ παρ' ἡμῖν λεπτὸν βίβλῳν διὰ τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς συνεγράψαμην. Ἐπει τὸ δὲ συχνόνδρον δρῶ ταῖς ὑπὸ δυσμενείας ὑπὸ τινῶν εἰρημέναις προσέχοντας βλασφημίας, καὶ τοῖς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν ὑπὸ ἐμοῦ γεγραμμένοις ἀπιστοῦντας, τεκμήριον τε ποιουμένους τῷ νεώτερον εἶναι τὸ γένος ἡμῶν τὸ μηδεμιᾶς παρὰ τοῖς ἐπιφανέστα τῶν Ἑλληνικῶν ιστοριογράφων μνήμης ἡξιῶσθαι, περὶ τούτων ἀπάντων ὡήθην δεῖν γράψαι συντόμως, τῶν μὲν λοιδορούντων τὴν δυσμενείαν καὶ τὴν ἔκουσιον ἐλέγχαι φευδολγίαν, τῶν δὲ τὴν ἄγνοιαν ἐπανορθώσασθαι, διδάξαι δὲ πάντας δοὺς τὰληθὲς εἰδέναι βιούονται περὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχαιότητος. Χρήσομαι δὲ τῶν μὲν ὑπὸ ἐμοῦ λεγομένων μάρτυσι τοῖς ἀξιοπιστοτάτοις εἶναι περὶ πάσης ἀρχαιολογίας ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων χειριμένοις· τοὺς δὲ βλασφήμιας περὶ ἡμῶν καὶ φευδῶν γεγραφτας αὐτοὺς δι' ἐαυτῶν ἀλεγχομένους παρέξω. Πειράσομαι δὲ καὶ τὰς αἰτίας ἀποδῦναι, δι' ἦς οὐ πολλοὶ τοῦ ἔθνους ἡμῶν ἐν ταῖς ιστορίαις "Ἑλληνες ἐμνημονεύκασιν" ἔτι μέντοι καὶ τοὺς οὐ παραλιπόντας τὴν περὶ ἡμῶν ιστορίαν ποιήσω φανερούς τοῖς μὴ γινώσκουσιν ἢ προσποιουμένοις ἀγνοεῖν.

β'. Πρῶτον οὖν ἐπέρχεται μοι πάνυ θαυμάζειν τοὺς οἰομένους δεῖν περὶ τῶν παλαιοτάτων ἔργων μόνοις προσέχειν τοῖς Ἑλλησι, καὶ παρὰ τούτων πυνθανεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἥμιν δὲ καὶ τοῖς ἀλλοις ἀνθρώποις ἀπιστεῖν. Πλὴν γάρ ἐγὼ τούτωντίον δρῶ συμβεβηκός, εἴ γη δεῖ μὴ ταῖς ματαίαις δόξαις ἐπακολουθεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τὸ δίκαιον τῶν πραγμάτων λαμβάνειν. Τὰ μὲν γάρ παρὰ τοῖς Ἑλλησιν ἀπαντά νέα καὶ χθὲς καὶ πρόφητη, ὃς ἀν εἶποι τις, εὐρήσεις γεγονότα· λέγω δὲ τὰς κτίσεις τῶν πολεων καὶ τὰ περὶ τὰς τῶν νόμων ἀναγραφάς· πάντων δὲ νεωτάτη σχεδόν ἐστι παρ' αὐτοῖς ἡ περὶ τῶν συγγράφειν τὰς ιστορίας ἐπιμέλεια. Τὰ μέντοι

ΙΟΣΕΦΙΝΟΣ. II.

Satis quidem arbitror me per libros etiam Antiquitatum, virorum præstantissime Epaphrodite, lecturis eos planum fecisse de gente nostra Judaica, quod et vetustissima sit, et primam originem sibi propriam habuerit, utque regionem quam nunc tenemus iacoluerit, quos, annorum quinque millium historiam complectentes, ex sacris libris nostris Graeca lingua conscripsi. Quoniam vero multos video qui maledicis sermonibus, malo animo a quibusdam jactatis, fidem habeant, eaque qua ego de antiquitate scripsai non credant, et recentiorem esse gentem nostram colligant ex eo, quod nulla ejus mentio facta fuerit apud celebres Graecorum historicos; de hisce omnibus putavi scribendum breviter, tum ut obtrectatorum malevolentiam voluntariumque falsiloquium arguerem, tum ut aliorum ignorantiam corrigerem, universosque de nostra antiquitate edocerem, qui veritatem scire desiderant. Eorum autem quae a me dicentur utar quidem testibus eis, qui de omni antiquitate apud Graecos fide dignissimi habiti fuerunt: eos vero, qui probose de nobis falsoque scripsero, ipsos suis verbis convictos dabo. Conabor etiam quid cause fnerit aperire, quod non multi e Graecis in historiis gentis nostras meminerint; nec non eos quoque, qui de nobis scribere in historiis non omiserunt, producam iis qui aut nesciunt eos aut se nescire simulant.

2. Primum itaque vehementer eos mirari subit, qui de rebus antiquissimis non aliis fidem quam Graecis habendam esse, non nisi ab illis verum exspectandum, proinde neque nobis neque aliis quibuscumque credendum arbitrantur. Evidem hoc in genere secus omnino statuendum inteligo, si modo verum e rebus ipsis sumere potius, quam vanis opinionibus inhærente malimus. Enimvero nova apud Graecos omnia, et ante unum, ut ita loquar, alterumve diem extitisse reperias, urbium molitionem, excogitationem artium, et legum prescriptionem: omnium vero novissime ad scribendam historiam se contulerunt. At vero εἰ Egyptiis et

παρ' Αἰγυπτίοις τε καὶ Χαλδαίοις καὶ Φοίνιξιν (ἴων γάρ νῦν ἡμᾶς ἔκεινοις συγκαταλέγειν) αὐτὸς δῆπουθεν διμολογοῦσιν ἀρχαιοτάτην τε καὶ μονιμωτάτην ἔχειν τῆς μνήμης τὴν παράδοσιν. Καὶ γὰρ τόπους ἀπαντεῖς τες οἰκούσιν ἤκιστα ταῖς ἐκ τοῦ περιέχοντος φθορᾶς ὑποκειμένους, καὶ πολλὴν ἐποιήσαντο πρόνοιαν τοῦ μηδὲν ἄμηντον τῶν παρ' αὐτοῖς πραττούμένων παραλιπεῖν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφῖς ὑπὸ τῶν σορωτάτων δεῖ κακειροῦσθαι. Τὸν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπον μυρίαι μὲν φθοραὶ κατέσχον, ἔξαλείφουσαι τὴν μνήμην τῶν γεγονότων· δεῖ δὲ καίνους καθιστάμενοι βίους τοῦ παντὸς ἐνόμιζον ἀρχειν ἔκαστος τὸν ἄρτ' ἔσατον. Ὁφεὶ δὲ καὶ μόλις ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων. Οἱ γοῦν ἀρχαιοτάτην αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἶναι θελοντες 10 παρὰ Φοίνικων καὶ Κάδμου σεμνύνονται μαθεῖν. Οὐ μὴν οὐδὲ ἀπ' ἔκεινον τοῦ χρόνου δύναιτο τις ἀν δεῖξαι σωζομένην ἀναγραφὴν οὐτ' ἐν λεποῖς οὐτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν, διοι γε καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Τροίαν τοσούτοις ἔτεσι στρατευσάντων θυστερον πολλὴ γέγονεν ἀπορία τε καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἔχρωντο· καὶ τὰλλοις ἐπιχρειτεῖ μᾶλλον περὶ τοῦ τὴν νῦν οὖσαν τῶν γραμμάτων χρῆσιν ἔκεινος ἀγνοεῖν. Ὁλας δὲ παρὰ τοῖς 20 Ἑλλησιν οὐδὲν διμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὀμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. Οὗτος δὲ καὶ τῶν 25 Τρωϊκῶν θυστερον φαίνεται γενόμενος· καὶ φασὶν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευμένην ἐκ τῶν ἀσμάτων θυστερον συντεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς δικριφωνίας. Οἱ μέντοι τὰς ιστορίας ἐπιχειρήσαντες συγ- 30 συ γράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμου τε τὸν Μιλήσιον καὶ τὸν Ἀργείον Ἀκουστίλαον, καὶ μετὰ τοῦτον εἰ τινες ἀλλοὶ λέγονται γενέσθαι, βραχὺν τῆς Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατείας τῷ χρόνῳ προῦλαβον. Ἄλλα μὴν καὶ τοὺς περὶ τῶν οὐρωνίων τε καὶ θείων 35 πρώτους παρ' Ἑλλησι φιλοσοφήσαντας, οἷον Φερεκύδην τε τὸν Σύριον καὶ Πισθεγόραν καὶ Θάλητα, πάντες συμφώνως διμολογοῦσιν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων γενομένους μαθητὰς δλίγα συγγράψαι· καὶ ταῦτα τοῖς 40 Ἑλλησιν εἶναι δοκεῖ πάντων ἀρχαιότατα, καὶ μόλις αὐτὰ πιστεύουσιν οὐτὸν ἔκεινον γεγράφθαι.

γ'. Πῶς οὖν ὁύκ ἔστιν ἀλογον τετυφῶσθαι τοὺς "Ἐλληνας ὡς μόνους ἐπισταμένους τὰ ἀρχαῖα καὶ τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς παραδίδοντας; ή τίς οὐ παρ' αὐτῶν ἀπὸ τῶν συγγραφέων μάθοι ῥαδίως θι μηδὲν 45 βεβαίως εἰδότες συνέγραφον, ἀλλ' ὡς ἔκαστοι περὶ τῶν πραγμάτων εἰκαζον; πλέον γοῦν διὰ τῶν βιβλίων ἀλλήλους ἐλέγχουσι, καὶ τὰ ἐναντιώτατα περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν οὐκ ὀκνοῦσι. Περίεργος δ' ἀν εἴη ἐγὼ τοὺς ἔμου μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων δσα μὲν Ἑλλάνιδος καὶ Ἀκουστίλαος περὶ τοῦ γενεαλογιῶν διαπερώνυκεν, δσα δὲ διορθοῦται τὸν Ἡσίδον Ἀκουστίλαος, η τίνα τρόπον "Ἐφόρος μὲν Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλειστοῖς Φευδόμενον ἐπιδείχνυσιν, "Ἐφόρον δὲ Τίμαιος, καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἔκεινον γεγονότες, "Ηρόδοτον δὲ πάντες. Ἄλλ'

Chaldais et Phoenicibus (in hoc tempus enim nostates cum illis numerare omitti) vetustissimam atque constantissimam rerum suarum habere memoriam fatentur ipsi. Etenim quum regionem incolunt omnium minime cœli intemperie expositam, tum diligentiam in eo singularem adhibuerunt, ut ne quid e rebus suis oblitione consupultum jaceret, sed potius omnia publicas in tabulas a viris sapientissimis semper relata dedicarentur. Contra vero tractum illum Graeciae universum infinitorum morborum subinde depasta lues rerum gestarum memoriam funditus abolevit; adeoque novo semper instituto vitæ curriculo, suum quique sibi universæ principium et caput esse facile persuaserunt. Idem sero admodum, vixque tandem literarum naturam didicere. Nam qui vetustissimum illarum usum esse volunt, eas illi sese a Phoenicibus atque a Cadmo accepisse gloriantur. Neque tamen quisquam aut in sacris aut in publicis usquam monumentis ullum ejus temporis extare vestigium ostenderit; ubi etiam de iis qui Trojanam expeditionem tanto post suscepere dubitatum perdi quæsiūtumque est, an hi literis usi fuerint. Qua de re verior ea constantiorque sententia jam obtinet, ignoratum ab iis hodiernum illarum usum fuisse. Neque tu scriptum omnino apud Graecos ullum, cuius de fide modo constet, Homericā poesi antiquius invenias. At eum post Trojana tempora natum esse nemo non fatetur: imo ne ab ipso quidem literis suam illam poesin mandatam esse ferunt, sed posteriorum memoria propagatam aliquamdiu, variis ex cantilenis collectam denum ei contextam fuisse, ac propterea tantum in ea vulgo discrepantiae reperi. Verum qui ex illis ad scribendam historiam animum appulere, Cadmus, inquam, Milesius, et Acusilaus Argivus, ac si qui præterea nominantur, paullum admodum Persicam adversos Graecos expeditionem tempore anteverterunt. Ad haec qui de rebus coelestibus atque divinis primi apud eos philosophari cœperunt, ut Pherecydes Syrius et Pythagoras et Thales, illos et Egyptiorum Chaldæorumque discipulos fuisse, nec nisi pauca scripsisse, ore omnes uno pronunciant: atque illa Graeci quum omnium vetustissima esse arbitrantur, tum vix etiam ab illis ea scripta fuisse credunt.

3. Quis igitur vano stolidoque fastu Graecos laborare non videat, qui sibi et res antiquas tenere soli, et soli accuratam illarum integrumque veritatem tradere videantur? imo quis non ex iisdem scriptoribus illud perfacile discat, perspecti ab iis nihil exploratiique conscriptum, sed tantum quatenus assequi conjectura potuerint? scriptis enim suis alio passim alii reprehendunt, nec iisdem omnino de rebus longe diversa loqui dubitant. Ego vero importunus et otiosus utique videar, si, quibus id quam ipsi mihi notius est, perdocere velim, quam in genealogie rationibus multa sint in quibus Hellanicus ab Acusilao dissident; quam apud Hesiodum Acusilaus multa castiget; quam sæpe mendacii reum Hellanicum Ephorus, Ephorum Timaeus, Timæumque recentiores, denique Herodotum universaliter

οὐδὲ περὶ τῶν Σικελικῶν τοῖς περὶ Ἀντίοχον καὶ Φίλιστον ἢ Καλλίαν Τίμαιος συμφωνεῖ ἡζωσεν, οὐδὲ αὖ περὶ τῶν Ἀττικῶν οἱ τὰς Ἀτθίδας συγγεγραφότες, ἢ περὶ τῶν Ἀργολικῶν οἱ τὰ περὶ Ἀργος ἴστοροῦντες οἱ ἀλλήλοις κατηκολουθήσασι. Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν κατὰ πόλεις καὶ βρχυτέρων, δους γε περὶ [τῆς περιηγήσεως] τῆς Περσικῆς στρατείας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων οἱ δοκιμώτατοι διατεφωνήσασιν; πολλὰ δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς φεύδομενος ὑπὸ τινῶν κατηγορεῖται, καίτοι δοκῶν ἀκριβεστάτην καθ' αὐτὸν ἴστοριαν συγγράψειν.

δ. Άλιται δὲ τῆς τοσαύτης διαφωνίας πολλαὶ μὲν ίσως ἀν καὶ ἔτεραι τοῖς βουλομένοις ζητεῖν ἀναφανεῖν, ἐγὼ δὲ δούσι ταῖς λεγόντοις τὴν μεγίστην ἰσχὺν οὐδεὶς ἀνατίθημι. Καὶ προτέραν ἐρῶ τὴν κυριωτέραν εἶναι μοι δοκοῦσαν· τὸ γάρ εἰς ἀρχῆς μὴ σπουδασθῆναι παρὰ τοῖς Ἑλλησι δημοσίας γενέσθαι περὶ τῶν ἔκαστοτε πραττομένων ἀναγραφᾶς, τοῦτο μάλιστα δὴ καὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἔξουσίαν τοῦ φεύδοντα τοῖς μετὰ ταῦτα βουληθεῖσι περὶ τῶν παλαιῶν τι γράφειν παρέσχεν. Οὐ γάρ μόνον παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἑλλησιν ἡμελένη τὰ περὶ τῆς ἀναγραφῆς, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, οὓς αὐτόχθονες είναι λέγουσι καὶ παιδείας ἐπιμελεῖς, οὐδὲν τοιοῦτον εὑρίσκεται γενόμενον, ἀλλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων ἀρχαιοτάτους εἶναι φασὶ τοὺς ὅπερ Δράκοντος αὐτοῖς περὶ τῶν φονικῶν γραφέντας νόμους, δόλγῳ πρότερον τῆς Πεισιστράτου τυραννίδος ἀνθρώπου γεγονότος. Περὶ μὲν γάρ Ἀρκάδων τί δεῖ λέγειν αὐχούντων ἀρχαίστητας; μόλις γάρ οὖτοι καὶ μετὰ ταῦτα γράμματιν ἐπαπέδεύθησαν.

ε'. Ἄτε δὴ τοίνου οὐδεμίᾳς προκαταβεβηλμένης ἀναγραφῆς, ἢ καὶ τοὺς μαθεῖν βουλομένους διδάξειν ἔμελλε καὶ τοὺς φεύδομένους δέλγειν, ἢ πολλὴ πρὸς ἀλλήλους ἐγένετο διαφωνία τοῖς συγγραφεῖσι. Δευτέραν δὲ πρὸς ταῦτη θετέον ἔκεινην τὴν αἵτιαν. Οἱ γάρ ἐπὶ τὸ γράφειν δρμήσαντες οὐ περὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπούδασαν, καίτοι τοῦτο πρόχειρόν ἐστιν δὲ ἐπάγγελμα, λόγων δὲ δύναμιν ἐπεδείκνυντο· καὶ καθ' ὅντινα τρόπον ἐν τούτῳ παρευδοκιμήσειν τοὺς ἄλλους οὐ πελάμβανον, κατὰ τούτον ἡριόσοντο, τινὲς μὲν ἐπὶ τὸ μυθολογεῖν τρεπόμενοι, τινὲς δὲ πρὸς γάρον ἢ τὰς πόλεις ἢ τοὺς βασιλέας ἀπαινεῦντες, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὸ κατηχορεῖν τῶν πράξεων ἢ τῶν γεγραφθῶν ἔχωρησαν, ἐνευδοκιμήσειν τούτῳ νομίζοντες. Ὁλος δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον ἴστορίᾳ πράττοντες διατελοῦσι. Τῆς μὲν γάρ ἀληθοῦς ἐστι τεκμήριον ἴστορίας, εἰ περὶ τῶν αὐτῶν ἀπαντες ταῦτα καὶ λέγοιεν καὶ γράφοιεν· οἱ δ' εἰ ταῦτα γράψειν ἐτέρως, οὐτως ἐνόμιζον αὐτοὶ φανείσθαι πάντων ἀληθέστατοι. Λόγων μὲν οὖν ἔνεκαν καὶ τῆς ἐν τούτοις δεινότητος δεῖ παραχωρεῖν ἡμῖς τοῖς συγγραφεῖσι τοῖς Ἑλληνικοῖς, οὐ μὴν καὶ τῆς περὶ τῶν ἀρχαίων ἀληθοῦς ἴστορίας, καὶ μάλιστα γε τῆς περὶ τῶν ἔκαστοις ἐπιχωρίων.

ζ'. Ὡτὶ μὲν οὖν παρ' Λίγυπτοις τε καὶ Βαβυλω-

γαντ. Neque vero aut de rebus Siculis eadem Timaeus, que Antiochus et Philistus et Callias, sentire voluit: aut in Atticis qui Althidas scripsere, vel in Argolicis qui de Argis, aliorum alii sensum mentemque sequuti sunt. Quanquam quid ea persecuti attinet, quae per urbes passim contigere, et angustioribus omnino regionibus continentur, quum in ipsa quoque Persica expeditione ac rebus in ea gestis, laudatissimorum scriptorum magna sit plerumque dissensio? in multis vero etiam Thucydides, licet accurassimam temporum suorum historiam prescribere videatur, a nonnullis accusatur falsa retulisse.

4. Cujus sane dissidii quum aliæ fortassis plurimæ aliis in illud anquirentibus occurrere possint, tum has præcipue duas summi momenti causas esse intelligo. Atque ut ab ea, quæ mihi potior videtur, incipiam, quum totum illud res eas, quæ ubique fierent, publicas in tabulas referendi studium a Graecis jam usque ab initio neglectum fuisse, id sane quum errori maxime viam aperuit, tum iiii etiam omnibus, qui de rebus antiquioribus scribere cogitarent, licetiam ohtulit impune mentiendi. Nec enim reliqua duntaxat Graecorum natio tabularum confiendarum curam jaceere permisit; sed ne apud Athenienses quidem, quos tamen et indigenas et disciplinarum apprime studiosos esse ferunt, quicquam ejusmodi factum reperias: quum e publicis quidem literis antiquissimas leges eas fuisse tradant, quas ipsis Draco de cede tulit, homo qui non nisi paullo ante Pisistrati tyrannidem lucem aspexerat. Nam Arcadum meminisse quid attinet, qui quum de sua tantopere vetustate glorierant, vix tamen etiam post illa tempora literarum informari cognitione creperunt?

5. Ita plane, quum vetustior commentarius nullus extaret, qui vel docere discendi cupidos vel mentientes arguere posset, maxima est scriptores inter excitata dissensio. Cui causa hæc altera adjungenda est. Qui enim ad scribendum sese contulerunt, ii non veritatis utique studio ducebantur, licet hoc profiteri solenne passim omnibus tralatitudinumque sit, sed vim orationis unam ostendebant: atque ita quo se quisque genere alios superaturum esse maxime confidebat, in eo elaborabant plurimum. Ergo alii fabulas texero, alii civitatum aut regum benevolentiam et gratiam laudationibus e blandiri coepерunt: nonnulli res ipsas, aut illarum scriptores carpere ac vituperare maluerunt, quod in eo sese facilius excellere posse sperarent. Ceterum isti cum historiae legibus omnino pugnant. Quumi enim eo potissimum argumento historiae veritas comprobetur, si de rebus iisdem eadem omnes pronuncient ac scribant: ita sese demum isti maxime reliquos omnes veritatis opinione superaturos putarunt, si ab reliquis maxime dissiderent. Certe dicendi genere et eloquentia vi cedere nos oportet scriptoribus Graecis; non autem historiae de priscis veritate, et maxime de rebus propriae uniuscujusque patriæ.

6. Jam quod apud Aegyptios et Babylonios ex Ion-

νίοις ἐκ μακροτάτων ἀνωθεν χρόνων τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, διου μὲν οἱ Ἱερεῖς ἡσαν ἔγχειειρισμένοι, καὶ περὶ ταύτας ἐφιλοσόφουν, Χαλδεῖοι δὲ παρὰ τοῖς Βαβυλωνίοις, καὶ διὰ μᾶλιστα δὲ τῶν Ἐλλήσιων ἐπιμιγνυμένων ἔχρησαντο Φοίνικες γράμμασιν εἰς τε τὰς περὶ τὸν βίον οἰκονομίας καὶ πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἔργων παράδοσιν, ἐπειδὴ συγγωροῦσιν ἀπαντεῖς, ἔστιν μοι δοκῶ. Περὶ δὲ τῶν ἡμετέρων προγόνων, διὰ τὴν αὐτῆν (ἔω γάρ λέγειν εἰ καὶ πλειές τῶν εἰρητούν) ἐποιήσαντο τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς προφήταις τοῦτο προστάζαντες, καὶ ὃς μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων πεφύλακται μετὰ πολλῆς ἀκριβείας, εἰ δὲ ὀρασύτερον εἰπεῖν καὶ φυλαχθῆσται, πειράσουμαι συντόμως διάδοσκειν.

10. Ζ'. Οὐ γάρ μόνον ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τούτων τοὺς ἀρίστους καὶ τῇ θεραπείᾳ τοῦ Θεοῦ προσεδρεύοντας κατέστησαν, ἀλλ' ὅπως τὸ γένος τῶν Ἱερέων ἀμικτὸν καὶ καθαρὸν διαμένει, προυνόσησαν. Δεῖ γάρ τὸν μετέχοντα τῆς Ἱερωσύνης ἐξ δμοεθνοῦς γυναικὸς παιδιόποιεσθαι, καὶ μὴ πρὸς γρήματα μηδὲ τὰς ἀλλας ἀποθέπειν τιμὰς, ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων λαμβάνοντα τὴν διαδόχην, καὶ πολλοὺς παρατραχύμενον μάρτυρας. Καὶ ταῦτα πράττομεν οὐ μόνον ἐπ' αὐτῆς Ἰουδαίας, ἀλλ' ὅπου ποτὲ σύστημα τοῦ γένους ἐστὸν ἡμῶν, κακεῖ 25 τὸ ἀκριβές ἀποσώκεται τοῖς Ἱερεῦσι περὶ τοὺς γάμους· λέγω δὲ τοὺς ἐν Αἴγυπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ εἴ που τῆς ἀλλῆς οἰκουμένης τοῦ γένους τῶν Ἱερέων εἰσὶ τινες διεσπαρμένοι. Πέμπουσι γάρ εἰς Ἱεροσόλυμα συγγράψαντες πατρόθεν τούνομα τῶν γειναμένων καὶ τῶν αὐτῶν προγόνων, καὶ τίνες οἱ μακρυροῦντες. Πόλεμος δ' εἰ κατάσχοι, καθάπερ ἡδη γέγονεν πολλάκις, Ἀντιόχου τε τοῦ Ἐπιφανοῦς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντος καὶ Πομπτίου Μάγουν καὶ Κυνιτίλου Οὐάρου, μάλιστα δὲ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, οἱ πριελεπόζομενοι τῶν Ἱερέων καὶν πάλιν ἐκ τῶν ἀρχαίων γραμμάτων συνίστανται, καὶ δοκιμάζουσι τὰς ὑπολειφθέας γυναικας. Οὐ γάρ ἔτι τὰς αἰχμαλώτους γενομένας προσίντας, πολλάκις γεγονούταιν αὐταῖς τὴν πρὸς ἀλλοφυλον κοινωνίαν ὑφορμένοι. Τεχμήριον δὲ μέγιστον 40 τῆς ἀκριβείας· οἱ γάρ ἀρχιερεῖς οἱ παρ' ἡμῖν ἀπὸ δισχιλίων ἐτῶν ὀνομαστοὶ παῖδες ἐκ πατρὸς εἰστὸν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς. Οἵς δὲ τῶν εἰρημένων διτοῦ γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπηγόρευται μήτε τοῖς βωμοῖς παρίστασθαι μήτε μετέχειν τῆς ἀλλῆς ἀγιστείας. Εἰκότως 45 οὖν, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον, δέτε μήτε τοῦ ὑπογράφειν αὐτέξουσίου πᾶσιν διτοῦ μήτε τινὸς ἐν τοῖς γραφομένοις ἐνούσης διαφωνίας, ἀλλὰ μόνων τῶν προφήτῶν τὰ μὲν ἀνωτάτων καὶ τὰ παλαιότατα κατὰ τὴν ἐπίπονοιαν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μαθόντων, τὰ δὲ καθ' αὐτοὺς ὡς ἐγένετο

50 σαφῶς συγγραφόντων.

η'. Οὐ γάρ μυριάδες βιβλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων, δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἰκοσι βιβλίξ, τοῦ παντὸς ἔχοντας χρόνου τὴν ἀναγραφὴν, τὰ δικαῖως θεῖα πεπιστευμένα. Καὶ τούτων πέντε μὲν

gissimis retro seculis in rebus conscribendis adhibita fuerit diligentia, quando sacerdotibus quidem id officii commissum erat, et circa eas ipsi philosophabantur, Chaldaeis vero apud Babylonios, et maxime Phoenicibus qui Graecia immixti usi sunt literis, ut et vitæ rationem ordinarent, et opera publica memoriae traderent, dum consentiant omnes, prætermittendum hoc puto. De nostris vero progenitoribus, quod eandem (mitto dicere an potiorem prædictis illis) habuerint in conscribenda historia curam, pontificibus et prophetis id munera injungentes; quodque usque ad nostra tempora cum multa diligentia hoc ipsum servarint, et, si oportet audientius dicere, etiam servabitur, conabor breviter edocere.

7. Non enim tantum ab initio his rebus viros optimos et in Dei cultu assiduos præfecere, sed et curam habuere ut genus sacerdotale purum semper impermixtumque maneret. Debet enim quisquis sacerdotio fungitur ex populari sua conjugi liberos quærere, neque ad pecunias aut honores respicere alios, sed genus exquirere secundum antiquam successionem multis probatum testimonio. Et hæc observamus non in Judæa tantum, sed ubique pars aliqua est de nostra gente, ibi observatur sollicite nuptiarum sacerdotialium regula: puta in Αἴγυπτῳ, in Babylone, et sicubi terrarum præterea sparsi sunt nostrorum sacerdotum aliqui. Millunt enim Hierosolyma descripta nomina parentum et majorum, additis testium nominibus. Quodsi bellum enascatur, ut sæpe factum est, sicut quum Antiochus Epiphanes terram invasit, et quum Pompeius Magnus, et quum Quintilius Varus, maxime vero nostris temporibus, tum qui supersunt sacerdotum novas ex veteribus tabulas consciunt, et inquirunt in feminas superstites. Nam nec eas quæ bello captæ fuerunt recipient, suspectantes eam quæ sæpe talibus accidit cum alienigenis consuetudinem. Est autem argumentum diligentiae maximum circa ista, quod summi sacerdotes apud nos in commentariis descripti sunt ab annis bis mille cum suis parentumque nominibus. Si quis adversus hæc vel tantillum deliquerit, ei non licet altari adstare, aut ceterarum ceremoniarum esse participem. Recle siquidem, potius autem ex necessitate, quum neque suhscribendi potestas omnibus data, neque ulli sit in scriptis discrepantia; sed solummodo prophetis qui antiquissima et veterrima ex inspiratione divina cognita habuerint, suorum vero temporum res quo modo gestæ erant perspicue conscripserint.

8. Itaque apud nos nequaquam innumerabilis est librorum multitudine, dissentientium atque inter se pugnantium: sed duo duntaxat et viginti libri, totius temporis historian complectentes, qui merito creduntur divini. Ex his quiu-

ἔστι τὰ Μωϋσέως, καὶ τοὺς τε νόμους περιέχει καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπογονίας παράδοσιν μέχρι τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. Οὗτος δὲ χρόνος ἀπολείπει τρισχιλίων διλεγον ἑτῶν. Ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως τελευτῆς μέχρι τῆς Ἀρταξέρκου τοῦ σ μετὰ Ξέρξην Περσῶν βασιλέως ὀρχῆς, οἱ μετὰ Μωϋσῆν προφῆται τὰ κατ' αὐτοὺς πραχθέντα συνέγραψαν ἐν τρισὶ καὶ δέκα βιβλίοις· αἱ δὲ λοιπαὶ τέσσαρες ὅμνους εἰς τὸν Θεόν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἕποδήκας τοῦ βίου περιέχουσιν. Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρκου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς 10 γρίφου γέγραπται μὲν ἔκαστα, πίστεως δὲ οὐδὲ διαρρέεται τοῖς πρὸ αὐτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν. Δῆλον δὲ ἔστιν ἔργων πῶς ἡμεῖς τοῖς ἴδιοις γράμμασι πεπιστεύκαμεν. Τοσούτου γάρ αἰώνος ἡδη παρηγχητός οὔτε προσθεῖναι τις οὐδὲν 15 οὔτε ἀρελεῖν αὐτῶν οὔτε μεταθεῖναι τετολμήκεν. Πᾶσι δὲ σύμφυτόν ἔστιν εὐθὺς ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως Ἰουδαίος τὸ νομίζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγματα, καὶ τούτοις ἐμμένειν, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ δέοι, θνήσκειν ἡδέως. 20 Ἡδη οὖν πολλοὶ πολλάκις ἐώρανται τῶν αἰχμαλώτων στρέβλας καὶ παντοίων θανάτων τρόπους ἐν θεάτροις ὑπομένοντες, ἐπὶ τῷ μηδὲν δῆμα προέσθαι παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀναγραφάς. Ὁ τίς ἂν ὑπομείνειν Ἑλλήνων ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀφανισθῆναι συγγράμματα, 25 τὴν τυχοῦσαν ὑποστήσεται βλάβην; λόγους γάρ αὐτὰ νομίζουσιν εἶναι κατὰ τὴν τῶν γραφάντων βούλησιν ἐσχεδιασμένους. Καὶ τοῦτο δικαίως καὶ περὶ τῶν παλαιοτέρων φρανοῦσιν, ἐπειδὴ καὶ τῶν νῦν ἐνίους δρῶσι τολμῶντας περὶ τούτων συγγράφειν οἵς μητὶ αὐτὸς πα- 30 ρεγένοντο μήτε πυθέσθαι παρὰ τῶν εἰδότων ἐφιλοτιμήθησαν. Ἀμέλει καὶ περὶ τοῦ γενομένου νῦν ἡμεῖν πολέμου τινὲς ἱστορίας ἐπιγράψαντες ἔξενηνόχασιν οὕτ' εἰς τὸν τόπους παραβαλόντες οὔτε πλησίον τούτων πρα- 35 τομένων προσελθόντες, ἀλλ' ἐπαρκασούσματων διλγα συνθέντες, τῷ τῆς ἱστορίας δόματι λίαν ἀναιδῶς ἐν- παροίησαν.

6'. Ἐγὼ δὲ καὶ περὶ τοῦ πολέμου παντὸς καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ κατὰ μέρος γενομένων διληθῆ τὴν ἀνα- γραφὴν ἐποιησάμην, τοῖς πράγμασιν αὐτὸς ἀπασι πα- 40 ραταγών. Ἐστρατήγουν μὲν γάρ τὸν παρ' ἡμῖν Γα- λιλαίων δονομαζομένων, ἔως ἀντέχειν δυνατὸν ἦν, ἐγενόμην δὲ παρὰ Ῥωμαίοις συλληφθεὶς αἰχμαλωτος· καὶ με δι φυλακῆς Οὐεσπασιανὸς καὶ Τίτος ἔχοντες δεῖ προσεδρέειν αὐτοῖς ἡνάγκασαν, τὸ μὲν πρῶτον 45 δεδεμένον, αὐτὸς δὲ λυθεὶς συνεπέμφθη ἀπὸ τῆς Ἀλε- ξανδρείας Τίτῳ πρὸς τὴν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν. Ἐν φύροντων τῶν πρατομένων οὖθις ἔστιν δ τὴν ἔμμην γνῶσιν διέφυγε. Καὶ γάρ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον τὸ Ῥωμαίων δρῶν ἐπικελῶς ἀνέγραφον καὶ τὰ παρὰ 50 τῶν αὐτομολῶν ἀπαγγελόμενα μόνος αὐτὸς συνίην· εἴτε σχολῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ λαβόμενος πάσης μοι τῆς πραγματείας ἐν παρασκευῇ γεγενημένης, χρησάμενος τισὶ πρὸς τὴν Ἑλληνίδα φωνὴν συνεργοῖς, οὕτως ἐποιη- σάμην τῶν πράξεων τὴν παράδοσιν. Τοσοῦτον δέ μοι

que quidem sunt Moysis, qui et leges continent, et seriem rerum gestarum a conditu generis humani usque ad ipsius mortem. Atque hoc spatium temporis tria fere annorum millia comprehendit. A Moysis autem morte ad imperium usque Artaxerxis, qui post Xerxem regnavit apud Persas, prophetæ qui Moysi successere res sua estate gestas tredecim libris complexi sunt: quatuor vero reliqui hymnos in Dei laudem, et præcepta vita hominum exhibent utilissima. Ceterum ab imperio Artaxerxis ad nostram usque memoriam sunt quidem singula literis mandata; sed nequaquam tantam fidem et auctoritatem meruerunt, quantum superiores il libri, propterea quod minus explorata fuit successio prophetarum. Quanta porro veneratione libros nostros prosecuamur, re ipsa appareat. Quum enim tot jam sæcula effluxerint, nemo adhuc nec adjicere quicquam illis, nec demere, aut mutare aliquid est ausus. Sed omnibus Iudeis statim ab ipso nascendi exordio hoc insitum atque innatum est, Dei ut hæc esse præcepta credamus, iisdemque constanter adhærescamus, et eorum causa, si opus fuerit, libenter mortem perferamus. Jam itaque multi captivorum frequenter et tormenta et omne genus mortem in theatris sustinere conspecti sunt, ne ullum verbum contra leges admitterent et scriptas de illis traditiones. Quis Græcorum tale aliquid subiret, imo vel minimum quidem lædi sufferret, licet omnia ab illis scripta interitus periculum adeant? quippe illa narrationes esse existimant, propere effusas prout allubesceret scriptoribus. Atque ita non immerito sentiunt etiam de antiquioribus, quoniam aliquos nunc quoque vident de istis scribere aggredientes, quibus neque ipsi interfuerere, neque operam dedere ut a rerum gnaris illa acciperent. Scilicet etiam de bello quod nuperrime gessimus, quidam historias quas conscriperant ediderunt, quum neque ad ea loca pervenerint, neque in vicinia fuerint locorum ubi res gestæ erant: sed ex fama et auditione paucula quadam temere componentes, historiæ nomine impudenter admodum et insolenter se effurerunt.

9. Ego autem et de omni bello, deque iis quæ particulatim gesta erant, veritati congruenter scripsi, quum ipse rebus omnibus interfuerim. Etenim eorum dux extiteram qui apud nos Galilœi audiunt, quamdui resistendo eramus; comprehensus autem a Romanis factus sum captivus; quoniamque me Vespasianus et Titus in custodia haberent: illis semper assidere coegerunt, primo quidem vincitum: postea vero solitus ab Alexandria cum Tito missus eram ad Hierosolymorum obsidionem. Quo tempore eorum quæ gerebantur nihil meam notitiam effugit. Nam et singula in Romanis castris conspecta diligenter notabam; quæque a trans fugis nunciabantur ego solus intellixi: deinde Romæ otium nactus, opere omni jam præparato, et quibusdam propter Græcam linguam in auxilium vocatis, res prout gestæ erant literis mandabam. Adeoque veritati

περιῆγη θάρσος τῆς ἀληθείας, ὥστε πρώτους πάντων τοὺς αὐτοκράτορας τοῦ πολέμου γενομένους Οὔεσπασιανὸν καὶ Τίτον ἡξίωσα λαβεῖν μάρτυρας. Πρώτοις γάρ δέδωκε τὰ βιβλία· καὶ μετ' ἔκεινους πολλοῖς μὲν **9** Ρωμαίών τοῖς συμπεπολεμήκοσι, πολλοῖς δὲ τῶν ἡμετέρων ἐπίπρασκον, ἀνδράσι καὶ τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας μετεσχηκόσιν, ὃν ἐστιν Ἰούλιος Ἀρχελαος, Ἡρώδης δὲ σεμνότατος, καὶ αὐτὸς δὲ θαυμασιώτατος βασιλεὺς Ἀγρίππας. Οὗτοι μὲν οὖν παντες ἡμαρτύρησαν διὰ τῆς **10** ἀληθείας προύστην ἐπιψελῶν, οὐκ ἀν ὑποστελάμενοι καὶ σιωπήσαντες, εἰ τι κατὰ σγνοιαν ἢ χαριζόμενος μετέθηκα τῶν γεγονότων ἢ παρέλιπον.

ι'. Φαῦλοι δέ τινες ἀνθρώποι διασβάλλειν μου τὴν ίστορίαν ἐπιχειρήκασιν, ὥσπερ ἐν σχολῇ μειρακίων **11** γύμνασμα προκείσθαι νομίζοντες κατηγορίας παραδόξου καὶ διαβολῆς, δέον ἐκεῖνο γινώσκειν, διὰ δεῖ τὸν ἄλλοις παράδοσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπισχυούμενον αὐτὸν ἐπισταθεῖ ταύτας πρότερον ἀχριδῶν, ἢ παρηκολουθηκότα τοῖς γεγονόσιν, ἢ παρὰ τῶν εἰδότων πυνθανόμενον. **20** Διπερ ἐγὼ μᾶλιστα περὶ ἀμφοτέρας νομίζω πεποιηκέναι τὰς πράγματείας. Τὴν μὲν γάρ ἀρχαιολογίαν, ὥσπερ ἔφην, ἐκ τῶν ιερῶν γραμμάτων μεθημήνευκα, γεγονὼς ιερεὺς ἐκ γένους καὶ μετεσχήκως τῆς φιλοσοφίας τῆς ἐν ἔκεινος τοῖς γράμμασι· τοῦ δὲ πολέμου τὴν ίστορίαν **25** ἔγραψα, πολλῶν μὲν αὐτούργδης πράξεων, πλείστων δὲ αὐτόπτης γενόμενος, δλως δὲ τῶν λεχθέντων ἢ πραγμάτων οὐδότιοῦν ἀγνοήσας. Πῶς οὖν οὐκ ἀν θρασεῖς τις ἡγήσατο τοὺς ἀνταγωνίζεσθαι μοι περὶ τῆς ἀληθείας ἐπιχειρήκατας; οἱ καν τοῖς τῶν αὐτοκρατόρων **30** ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν λέγωσιν, ἀλλ' οὐ γε καὶ τοῖς ἡμετέροις τῶν ἀντιπολεμούντων πράγμασι παρέτυχον.

ια'. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἀναγκαῖν ἐποιησάμην τὴν περίεργασιν, ἐπισημάνοσθαι βούλομενος τῶν ἐπαγγελλούμενων τὰς ίστορίας συγγράφειν τὴν εὐχέρειαν· οἶκανδ δὲ φανερὸν, ὡς οἶμαι, πεποιηκὼς ὡς διὰ πάτριος ἐστιν ἡ περὶ τῶν πατλαῶν ἀναγραφὴ τοῖς βαρδάροις μᾶλλον ἢ τοῖς Ἑλλησιν, βούλομαι μικρὰ πρότερον διαλεχθῆναι πρὸς τοὺς ἐπιχειροῦντας νέαν ἡμῶν ἀποφαίνειν τὴν κατάστασιν, ἐκ τοῦ μηδὲν περὶ ἡμῶν, **35** ἀν διαφοράν, ὡς φασιν ἐκεῖνοι, λελέγθαι παρὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν· εἴτα δὲ τὰς μαρτυρίας τῆς ἀρχαιότητος ἐκ τῶν παρ' ἄλλοις γραμμάτων παρέξω, καὶ τοὺς βεβλασφημήκοτας ἡμῶν τὸ γένος ἀποδεῖξω λίαν ἀλόγως βλασφημοῦντας.

ιβ'. Ήμεῖς τοίνυν οὔτε γύρων οἰκοῦμεν παράλιον οὔτ' ἐμπορίσις χαίρομεν, οὐδὲ ταῖς πρὸς ἄλλους διὰ τούτων ἐπιμιξίαις· ἀλλ' εἰστι μὲν ἡμῶν αἱ πόλεις μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης ἀπωκισμέναι, χώρων δὲ ἀγαθῶν νεμόμενοι ταύτην ἐκπονοῦμεν· μᾶλιστα δὲ πάντων περὶ παιδιτροφίαν φιλοχαλοῦντες, καὶ τὸ φυλάττειν τοὺς νόμους, καὶ τὴν κατὰ τούτους παραδεδομένην εὐσέβειαν ἔργον ἀναγκαῖταν παντὸς τοῦ βίου πεποιημένοι. Ηροσούσης τοίνυν τοῖς εἰρημένοις καὶ τῆς **40** περὶ τὸν βίον ἡμῶν ἴδιότητος, οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς

confidebam, ut omnium primos Vespasianum et Titum in eo bello imperatores mihi testes facere voluerim. Primum namque illis obtuli libros; et post illos multis quidem Romanorum qui bello interfuerunt: plurimis etiam nostratum eos vendidi, viris Graecæ eruditioris non ignaris; in quibus erat Julius Archelaus, Herodes morum gravitate spectissimus, et rex ipse Agrippa admiratione dignissimus. Iste igitur universi testimonium perhibuerunt quod veritatem accuratam præ me ferebam, non dissimulatur aut tacituri, si quid factorum per ignorantiam aut per gratiam commutasse aut prætermissem.

10. Quidam vero homines male feriati historiam meam calumniari conati sunt, tanquam ejusmodi esset ut adolescentibus in scholis ad ingenium exercendum proponi debeat ad accusationem incredibilem et columniam, quina oporteat illud sciri, quod eum deceat qui se pollicetur rerum veritatem aliis traditum, ipsum prius exacte eas nosse, aut quod adfuerit quum gererentur, aut quod ex gnaris eas didicerit. Id quod ego in utroque opere me fecisse existimo. Antiquitatis namque libros, sicuti dixi, ex voluminibus sacris interpretatus sum, quom essem genere sacerdos, et a philosophia in scriptis istis comprehensa non alienus: historiam vero belli conscripsi, ut qui ipse res quidem multas gesserim, plurimas vero ipse viderim, et eorum quae dicta vel gesta erant nihil prorsus ignorarim. Quomodo ergo non procaces isti existimarentur, qui mecum de veritate contendere aggressi sunt? qui licet imperatorum commentarios se legisse dicant, non tamen nostrorum qui illis adversabantur rebus intererant.

11. Et de istis quidem necessarium feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt: atque abunde me declaratum reliquise arbitror quod rerum veteristarum memoriam scriptis consignare magis in usu sit apud barbaros quam apud Graecos. Volo igitur in primis eos paucis redarguere, qui nostrum statum recentem esse contendunt, eo quod nihil de nobis, ut aiunt illi, memorarint scriptores Graeci: deinde testimonia antiquitatis ex aliorum scriptis afferam, et eos qui nostra genti maledixerunt, nulla prorsus cum ratione nobis maledicere ostendam.

12. Quod ad nos attinet, terram habitamus quæ neque mari vicina est, neque negotiationibus gaudemus, neque earum causa nobis consuetudo cum aliis gentibus est: sed sunt urbes quidem nostræ procul a mari sitæ; ipsi autem nos regionem bonam incoleentes, hanc cum labore exercemus: maxime vero omnium liberis educandis studentes et legum custodiæ, ut qui pietatem ad illas exactam opus totius vitæ maxime necessarium fererimus. Quum igitur ad ea quæ dicta sunt accedat etiam vivendi ratio propria, nihil erat priscis temporibus quod ficeret nobis

χρόνοις τὸ ποιοῦν πρὸς τοὺς Ἑλληνας ἡμῖν ἐπιμικίαν, ὥσπερ Αἰγύπτιοι μὲν τὰ παρ’ αὐτῶν ἔξαγόμενα καὶ πρὸς αὐτοὺς εἰσαγόμενα, τοῖς δὲ τὴν παράλιον τῆς Φοινίκης κατοικοῦσιν ἢ περὶ τὰς καπτηλείας καὶ τὰς ἡ ἐμπορίας σπουδὴ διὰ τὸ φιλοχρηματεῖν. Οὐ μὴν οὐδὲ πρὸς ληστείας ὥσπερ ἄλλοι τινὲς ἢ τὸ πλέον ἔχειν ἀξιοῦν πολεμοῦντες ἐτράπησαν ἡμῶν οἱ πατέρες, καί τοι πολλὰς τῆς χώρας ἔχουσθες μυριάδας ἀνδρῶν οὐκ ἀτολμῶν. Διὰ τοῦτο Φοινίκες μὲν αὐτοὶ κατ’ ἐμπορίον τοῖς Ἑλλησιν ἐπισπλέοντες εὐθὺς ἐγνώσθησαν, καὶ δὶς ἔκεινων Αἰγύπτιοι, καὶ πάντες ἀφ’ ὧν τὸν φόρτον εἰς τοὺς Ἑλληνας διεκόμιζον, μεγάλα πελάγη διατρόποντες. Μῆδοι δὲ μετὰ ταῦτα καὶ Πέρσαι φανεροὶ κατέστησαν τῆς Ἀσίας ἐπάρχαντες, οἱ δὲ καὶ μέχρι τῆς ἔτερας ἡπτετούρου Πέρσαι στρατεύσαντες· Θράκες δὲ διὰ γειτονίαν, καὶ τὸ Σκυθικὸν ἀπὸ τῶν εἰς τὸν Πόντον ἐγνώσθη πλεόντων· ὅλως γάρ διπάντες οἱ παρὰ τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς καὶ πρὸς τὴν ἐσπέριον κατοικοῦντες, τοῖς συγγράψειν τι βουλομένοις 20 γνωριμώτεροι κατέστησαν. Οἱ δὲ ταῦτης ἀνωτέρω τὰς οἰκήσεις ἔχοντες ἐπιπλείστον ἡγνοήθησαν. Καὶ τοῦτο φαίνεται καὶ περὶ τὴν Εὐρώπην συμβεβήκει, διποὺ γε τῆς Ρωμαίων πόλεων, τοιαύτην ἐκ μακρῷ δύναμιν κεκτημένης, καὶ τοιαύτας πρᾶξες κατορθούστης 25 πολεμικᾶς, οὐθ’ ὁ Ἡρόδοτος οὐθὲν ὁ Θουκυδίδης οὔτε τῶν ἀμα τούτοις γενομένων οὐδὲ εἰς ἐμνημόνευκεν, ἀλλ’ ὅμερος ποτὲ καὶ μολις αὐτῶν εἰς τοὺς Ἑλληνας ή γνῶσις διεξῆλθον. Περὶ μὲν γάρ Γαλατῶν τε καὶ Ἰθηνῶν οὐτως ἡγνόσθαν οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστατοι 30 συγγραφεῖς, ὃν ἐστιν Ἐφορος, ὥστε πολιν οἰεται μίαν εἶναι τοὺς Ἰθηνας, τοὺς τοσοῦτο μέρος τῆς ἐσπέριον γῆς κατοικοῦντος· καὶ τὰ μήτε γενόμενα παρ’ αὐτοῖς ἔθη μήτε λεγόμενα γράφειν, ὃς ἔκεινων αὐτοῖς χρωμάνων, ἀτολμῶν. Αἴτιον δὲ τοῦ μὲν μῆτ γινώσκειν 35 τὰληθὲς τὸ λίαν ἀνεπίμικτον, τοῦ δὲ γράφειν φευδῆ τὸ βούλεσθαι δοκεῖν τι πλέον τῶν ἀλλων ἴστορειν. Πόλις οὖν ἔτι θαυμάζειν προσῆκεν, εἰ μηδὲ τὸ ἡμέτερον θύνος πολλοῖς ἐγιγνώσκετο, μηδὲ τῆς ἐν τοῖς συγγράμμασι μνήμης ἀφορμῇ παρέσχεν, οὕτω μὲν ἀποκισμένον 40 αὐτῆς θαλάσσης, οὕτω δὲ βιοτεύειν προηρημένον;

1γ'. Φέρε τοινυν ἡμᾶς ἀξιοῦν τεκμηρίῳ χρήσασθαι περὶ τῶν Ἑλλήνων δτι μὴ παλαιόν εστιν αὐτῶν τὸ γενος τῷ μηδὲν ἐν τοῖς ἡμετέραις ἀναγραφαῖς περὶ αὐτῶν εἰρῆσθαι. Ἄρι οὐχὶ πάντως ἐν κατεγέλων, αὐτάς, 45 οἷμαι, τὰς ὅπ’ ἔμου νῦν εἰρημένας κομίζοντες αἰτίας, καὶ μάρτυρας ἐν τοὺς πλησιοχώρους παρείχοντο τῆς αὐτῶν ἀρχαίστητος; Καγὼ τοινυν πειράσμαι τοῦτο ποιεῖν. Αἰγύπτιοι γάρ καὶ Φοινίκες μάλιστα δὴ χρήσομαι μάρτυσιν, οὐκ ἀν τινος ὡς φευδῆ τὴν μαρτυρίαν διαβάλλειν δυνθέντος. Φαίνονται γάρ καὶ δὴ μάλιστα πρὸς ἡμᾶς δυσμενῶς διατεθέντες κοινῆ μὲν διπάντες Αἰγύπτιοι, Φοινίκων δὲ Τύριοι. Περὶ μέντοι Χαλασίων οὐκέτι δυναίμην ἀν ταυτὸ τοῦτο λέγειν, ἐπειὶ καὶ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγοὶ καθεστήκασι καὶ

commercium cum Græcis, sicut Αἴγυπτοι mercimonia, ex rebus quae importarentur aut exportarentur; et Phœnicibus oram maritimam accolentibus, cauponandi et negotiandi studium ex amore pecuniae. Sed neque ad latrocinia, sicut alii quidam, aut plus habendi studium, bellum exercendo conversi sunt patres nostri, licet regio multis virorum strenuorum myriadibus abundaret. Quo factum ut Phœnices negotiationis ergo ad Græcos navigantes statim cogniti fuerint, et per illos Αἴγυπτοι, dein omnes a qui bus ad Græcos onera perferebant, immensa maria per transeuntes. Medi vero postea atque Perse illis innotuerunt postquam Asiæ imperarunt, Persæque, quum usque ad alteram continentem expeditiones fecissent; Thracæ autem propter vicinitatem, et Scylæ ab iis qui in Pontum navingant cogniti sunt: atque in universum omnes, ad mare vel Orientale vel Hesperium habitantes, in eorum notitiam faciliter venerunt, quibus in animo fuit historiæ aliquid scribere. Superiora vero incolentes et procul a mari maximam in partem ignorati erant. Hoc idem et iis contigit qui in Europa habitant: siquidem Romanorum urbis, in tantam potentiam jam inde olim evectæ, et tantas res bellicas prospere gerentis, neque Herodotus neque Thucydides quoquo modo meminerunt, nec omnino aliis eorum æqualis scriptor, sed sero et vix tandem eorum nomen in Græcia auditum. Gallorum etiam et Hispanorum res usque adeo ignotæ iis fuerunt qui accuratissimi scriptores suisse perhibentur, in quibus est Ephorus, ut Iberos unam civitatem esse existimaverit, quum tam late in Occidentem fines eorum pateant: et ritus eorum, qui nec fuerunt nec suisse unquam dicti sunt, scribere, tanquam ita illis uterentur, non dubitarunt. Causa vero earum quidem rerum ignorantiarum fuit, quod illi secum ipsi viverent commercia aliarum gentium aversantes; scriptorum vero mendacii, quod volebant illi quippiam ultra alios memorie mandasse videri. Quomodo ergo mirari convenit, si neque nostra gens plurimis erat nota, neque ad scribendum de se aliquam suppedavit occasionem, tam longo scilicet intervallo disiuncta a mari, talibus vite institutis sese accommodans?

13. Pone igitur nos argumento uti velle Græcorum, quod non sit genus eorum antiquum, eo quod nihil in libris nostris de iis dictum reperiatur. Nonne omnino nos riu exciperent, ipsas, ut arbitrator, a me nunc allatas proferentes causas, et testes e vicinis regionibus adducerent antiquitatis suæ? Igitur et ego hoc conabor efficiere. Αἴγυπτοι enim et Phœnicibus præcipue testibus utar, quum nemo eorum testimonio tanquam falso detrahere potuerit. Videntur enim et maxime in nos iniqui, communiter quidem omnes Αἴγυπτοι, Phœnicum vero Tyrii. De Chaldais autem nequam hoc idem dicere potero, quoniam et generis nostri principes extiterunt, et propter cognitionem in histo-

διὰ τὴν συγγένειαν ἐν ταῖς αὐτῶν ἀναγραφαῖς Ἰουδαίων μνημονεύουσιν. Ὅταν δὲ τὰς περὶ τούτων πίστεις παράσχω, τότε καὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφέων ἀποφανῶ τοὺς μνήμην Ἰουδαίων πεποιηκότας, οὐαὶ μηδὲ ταῦτην ἔτι τὴν πρόφασιν οἱ βασιλεῖντες ἔχωσι τῆς πρὸς ἡμᾶς διντιλογίας.

ιδ. "Ἄρξομαι δὴ πρώτον ἀπὸ τῶν παρ' Αἴγυπτοις γραμμάτων. Αὐτὰ μὲν οὖν οὐχ οἶντες παρατίθεσθαι κακέντων· Μανεθὼν δὲ ἦν τὸ γένος ἀνὴρ Αἴγυπτος, τοῦ τῆς Ἑλληνικῆς μετεσχήκως παιδείας, ὃς δῆλος ἔστι γέγραψε γάρ Ἐλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ιστορίαν, ἔκ τε τῶν λειρῶν, ὡς φησιν αὐτὸς, μεταφράσας καὶ πολλὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον. Αὐτὸς δὴ τοίνυν δὲ Μανεθὼν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Αἰγυπτιακῶν ταῦτα περὶ ἡμῶν γράφει (παραθήσομεν δὲ τὴν λέξιν αὐτοῦ, καθάπερ αὐτὸν ἔκεινον παραγαγών μάρτυρα). «Ἐγένετο βασιλεὺς ἡμῖν, Τίμαος δνοματεῖ πλι τούτου οὐκ οὔδε διποιας δ Θεός αντέτενευεν, καὶ παραδόξως ἐν τῶν πρὸς ἀνατολὴν 20 μερῶν, δινθρωπος τὸ γένος ἀσημοι, καταθαρσάσαντες επὶ τὴν χώραν ἐστράτευσαν, καὶ ῥάδια ἀμαγῆτι ταύτην κατέχρατος εἶλον. Καὶ τοὺς ἡγεμονεύσαντας ἐν αὐτῇ χειρωσάμενοι τὸ λοιπὸν τάς τε πολεις ὧμῶν ἐνέπρησαν καὶ τὰ λειρά τῶν θεῶν κατέσχαψαν· 25 πάσι δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις ἐχθρότατα πάως ἐγρίσαντο, τοὺς μὲν σφάζοντες, τῶν δὲ καὶ τὰ τέκνα καὶ γυναικεῖς εἰς δουλείαν ἄγοντες. Πέρας δὲ καὶ βασιλέας ἔνα ἔξι αὐτῶν ἐποίησαν, ὃ δνοματεῖ ήν Σάλατις. Καὶ οὗτος ἐν τῇ Μέμφιδι κατεγίνετο, τὴν τε ἄνω καὶ κάτω τῶν χώρων δασμολογῶν καὶ φρουρῶν ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις καταλείπων τόποις. Μάλιστα δὲ καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν ἡσφαλίσατο μέρη, προορύμενος Ἀσσυρίων, τότε μετίοντας τούτων, ἐσομένην ἐπιθυμίαν τῆς αὐτῆς τῆς βασιλείας ἐφόδου. Εὑρών δὲ ἐν νομῷ τῷ Σαΐτῃ 30 πόλιν ἐπικαιροτάτην, κειμένην μὲν πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Βουβαστίτου ποταμοῦ, καλούμενην δὲ ἀπὸ τίνος ἀρχαίας θεολογίας Αὔαριν, ταύτην ἔκτισε τε καὶ τοῖς τείχεσιν διχρωτάτην ἐποίησεν, ἐνοικίας αὐτῆς καὶ πλῆθος δηλιτῶν εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας μυριάδας 35 ἀνδρῶν πρὸς φυλακήν. Ἐνθάδε κατὰ θέρειαν ἤρχετο, τὰ μὲν σιτομετρῶν καὶ μισθοφορίαν παρεχόμενος, τὰ δὲ καὶ ταῖς ἔξοπλισίαις πρὸς φόνον τῶν ἔξιθεν ἐπιμελῶν γυμνάζων. Ἄρξας δὲ ἐννεακαίδεκα ἔτη τὸν βίον ἐτελεύτησεν. Μετὰ τούτουν δὲ ἔτερος 40 ἐβασιλεύει τέσσαρες καὶ τετταράκοντα ἔτη, καλούμενος Βηών. Μεθ' δὲ ἀλλοι Ἀπαχγάδε, ἔξι καὶ τριάντα ἔτη καὶ μῆνας ἐπτά. Ἐπειτα δὲ καὶ Ἀπωφίς ἔντας ἔτη καὶ ἔγκοντα, καὶ Ἰανίας πεντήκοντα καὶ μῆνας ἔνα. Ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ Ἀσσις ἐννέα καὶ τεσσάρακοντα καὶ μῆνας δύο. Καὶ οὕτοι μὲν ἔξι ἐν αὐτοῖς ἐγένηθσαν πρῶτοι ἀρχοντες, πόλεμούντες δει καὶ ποιοῦντες μᾶλλον τῆς Αἰγύπτου ἐᾶραι τὴν βίζαν. Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ σύμπαν αὐτῶν ὄνος ὙΚΣΩΣ, τοῦτο δὲ ἔστι βασιλεῖς ποιμένες· τὸ γὰρ ὙΚ καθ-

riis suis Judæorum meminerunt. Quum vero de istis probationes afferam, tunc etiam Græcorum historicos memorabo qui Judæorum mentionem fecere, ne quis ex invidia et detractione hujusmodi occasionem arripiat nobis contradicendi.

14. Initium jam faciam ab Αἴγυπτiorum literis. Ipsas quidem eorum literas ut proferam fieri non potest: Manetho autem genere fuit Αἴγυπτius, vir Græcam eruditissimum assequutus, ut ex eo intelligitur, quod Graece partiam historiam scripserit, eam, ut ipse profiteretur, e sacrificis interpretatus libris; qui etiam Herodotum in multis convincit de rebus Αἴγυπtiacis per ignorantiam mentitum. Ille certe Manetho historiarum Αἴγυpiarum secundo ita de nobis scribit (ejus quippe verba proferre libet, ut qui ipsum pro teste producam.) «Regem olim habuimus Timaum, cuius tempore, quum nobis Deus nescio quo pacto esset irati, ex partibus orientalibus homines ignobili genere, audacia sumpta repentinum hanc in regionem impetum fecerunt, eamque facile ac sine pugna subegerunt: atque principibus ejus in suam potestatem redactis, de cetero et civitates crudeliter incenderunt, et deorum tempora everterunt; porroque in omnes indigenas inimicissime se gesserunt, alias quidem perimentes, aliorum vero et liberos et conjuges in servitutem agentes. Tandem vero unum ex illis regem crearunt, cui nomen Salatis. Atque hic in Memphide versabatur, provinciam superiorem et inferiorem tributariam faciens, praesidiaque in locis opportunitissimis relinquens. Maxime vero partes munivit orientales, prospiciens Assyriis, tunc aliis potentioribus, futuram cupiditatem invadendi illud ipsum regnum. Quum autem natus esset in Saite nōmō civitatem opportunissimam ad orientem fluvii Bubastitae sitam, quae ab aliquo antiqua theologie Auaris appellabatur, et ipsam edificavit et muris firmissimis communivit, postquam illic collocaverat ad custodiam ejus armatorum multitudinem usque ad ccxl millia virorum. Illuc veniebat aequaliter tempore, tam ut frumenta meteret et conducti- liis mercedem solveret, quam ut armatos ad terrorem extraneorum diligenter exerceret. Quum autem regnasset annis xix, vitam finivit. Post hunc etiam regnavit alter annis xliv, Beon nomine. Post quem aliis Apachnas nomine, annis xxxvi et mensibus vii. Dein etiam Apophis lxi, et Janias L et mense uno. Post omnes autem Annis annis xlvi et mensibus ii. Et isti quidem sex inter eos fuere primi principes, bellum semper gerentes, et maxime Αἴγυπτum radicitus extingue cupientes. Vocabatur autem gens universa Hycsos, id est reges pastores: Hyc enim in sacra lingua regem sonat, Sos

« οεράν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει, τὸ δὲ ΣΩΣ ποι-
• μήν ἔστι καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον,
• καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται ὙΚΣΩΣ. Τινὲς δὲ
• λέγουσιν αὐτοὺς Ἀραβαῖς εἶναι. » Ἐν δὲ ἀλλῷ ἀντί-
• γράφῳ οὐ βασιλεῖς σημαίνεσθαι διὰ τῆς τοῦ ὙΚ προσ-
• ηγορίας, ἀλλὰ τούναντίον αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ποι-
• μένας· τὸ γὰρ ὙΚ πάλιν Αἴγυπτοι καὶ τὸ ἈΚ δασυνόμενον αἰχμαλώτους ῥητῶς μηνύει. Καὶ τοῦτο μᾶλ-
• λον πιθανότερόν μοι φαίνεται καὶ παλαιῖς Ιστορίας ἔχο-
• 10 μενον. « Τούτους δὲ τοὺς προκατονομασμένους βασι-
• λέας τοὺς τῶν ποιμένων καλουμένους καὶ τοὺς ἐξ αὐ-
• τῶν γενομένους κρατῆσαι τῆς Αἴγυπτου φησὶν ἐτη
• πρὸς τοὺς πεντακόσιοι ἔνδεκα. Μετὰ ταῦτα δὲ τῶν
• ἐκ τῆς Θηβαΐδος καὶ τῆς ἀλλῆς Αἴγυπτου βασιλέων
• 15 γενέσθαι φησὶν ἐπὶ τοὺς ποιμένας ἐπανάστατον, καὶ
• πόλεμον αὐτοῖς συρραγῆναι μέγαν καὶ πολυχρό-
• νιον. Ἐπὶ δὲ βασιλέων, ὃνομα εἶναι Ἀλισφρα-
• γμούθωνος, ἡττωμένους φησὶ τοὺς ποιμένας ὃντ' αὐτοῦ
• 20 ἐκ μὲν τῆς ἀλλῆς Αἴγυπτου πάσης ἔκπεσεῖν, κατα-
• περίμετρον. Αὔστριν δυνομένη τῷ τόπῳ. Τούτον φησὶν δὲ
• 25 Μανεθὼν ἀπαντά τείχει τε μεγάλῳ καὶ ἴσχυρῷ περι-
• βαλεῖν τοὺς ποιμένας, δύπις τὴν τε κτῆσιν ἀπασαν
• ἔχωσιν ἐν δύχυρῳ καὶ τὴν λείαν τὴν ἑαυτῶν. Τὸν δὲ
• 30 Ἀλισφραγμούθωνος ὄντον Θούμωνιν ἐπιχειρήσασι μὲν
• αὐτοὺς διὰ πολιορχίας ἐλεῖν κατὰ κράτος, δικῶν καὶ
• τεσσαράκοντα μυριάσι προσεδρεύσαντα τοῖς τείχεσιν.
• ἐπειδὲ τῆς πολιορχίας ἀπέγινων, ποιήσασθαι συμβά-
• σεις, ἵνα τὴν Αἴγυπτον ἐκλιπόντες δύοι βούλονται
• 35 πάντες ἀβλαβεῖς ἀπέλθωσι. Τοὺς δὲ ἐπὶ ταῖς δυο-
• λογίαις πανοικεστίᾳ μετὰ τῶν κτήσεων οὐκ ἐλάττους
• μυριάδων δύνται εἰκοσι καὶ τεσάρων ἀπὸ τῆς Αἴγυ-
• πτου τὴν ἔρημον εἰς Συρίαν δόδοιπορῆσαι. Φοδου-
• μένους δὲ τὴν Ἀσσυρίων δυναστείαν (τότε γὰρ
• 40 ἔκεινους τῆς Ἀσίας κρατεῖν), ἐν τῇ νῦν Ἰουδαίᾳ κα-
• λουμένῃ πόλιν οἰκοδομησαμένους τοσαύταις μυριάσιν
• ἀνθρώπων δρέσουσαν, Ἱεροσόλυμα ταύτην δυομά-
• σαι. » Ἐν ἀλλῇ δέ τινι βίβλῳ τῶν Αἴγυπτιαν Μανεθὼν
• 45 τοῦτο φησὶν ἔθνος τοὺς καλουμένους ποιμένας αἰχμαλώ-
• τοὺς ἐν ταῖς Ιεραῖς αὐτῶν βίβλοις γεγράφθαι, λέγων
• δρθῶς. Καὶ γὰρ τοῖς ἀνωτάτῳ προγόνοις ἡμῶν τὸ
• ποιμαίνειν πάτριον ἥν, καὶ νομαδικὸν ἔχοντες τὸ βίον
• 50 οὕτως ἐκαλοῦντο ποιμένες. Αἰχμαλώτοι τε πάλιν
• οὐκ ἀλόγως ὑπὸ τῶν Αἴγυπτίων ἀνεγράφησαν, ἐπειδή-
• 55 περ διόργονος ἡμῶν Ἰώσηπος ἑαυτὸν ἐφη πρὸς τὸν
• βασιλέως τῶν Αἴγυπτίων αἰχμαλώτον εἶναι, καὶ τοὺς
• ἀδελφοὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον ὑστερὸν μετεπέμψατο, τοὺς
• βασιλέως ἐπιτρέψαντος. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν
• ἀλλοῖς ποιήσομαι τὴν ἐξέτασιν ἀχριθεστέραν.
• 60 ιε'. Νῦν δὲ τῆς ἀρχαιότητος ταύτης παρατίθεμαι
• τοὺς Αἴγυπτίους μάρτυρας. Πάλιν οὖν τὸ τοῦ Μανε-
• θῶνος πῶς ἔχει πρὸς τὴν τῶν χρόνων ταξίν ὑπογράφω.
• Φησὶ δὲ οὕτω· « Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἴγυπτου τὸν
• λαὸν τῶν ποιμένων εἰς Ἱεροσόλυμα δὲ ἐκβαλὼν αὐτὸν

« vero pastorem et pastores secundum dialectum com-
• munem, unde vox composita Hycos. Sunt autem qui
• Arabas illos exstissem dicant. » In alio autem exem-
• plari nomine illo Hycos non reges significari compari, sed
• e diverso captivos pastores indicari. Hyc enim iterum
• Ἀgyptiaca lingua, et Hac cum aspiratione, captivos pro-
• prie nominatimque significat. Atque id mihi verisimilius
• videtur et magis cum antiqua historia censem. tientis.
• Predictos autem reges pastorum nomine appellatos, illo-
• rumque posteros Ἀgyptum in sua potestate habuisse
• dicit annis circiter xi supra quingentos. Tum vero sus-
• ceptam adversus pastores a Thebaidis ac reliqua Ἀgypti
• regibus expeditionem, bellumque grave ac diuturnum
- Pontifex Maximus** Judæorum vocatur Anarabches, *A. J. III.* 7, 1. Pontificum numerus a primo usque ad ultimum, pontificatus brevis historia, *A. J. XX.* 10; cf. *V.* 11, 5; *X.* 8, 6; *XV.* 3, 1; *XX.* 1, 3. *B. J. IV.* 3, 6 sqq. Pontificum officia, *C. A. II.* 23. Quibusnam diebus in templum ascendant, *B. J. V.* 4, 7. Eorum ornatus describitur, *A. J. III.* 7, 1 sqq. *B. J. V.* 5, 7. Virginem uxorem ducere debent, *A. J. III.* 12, 2. Dissidium inter pontifices et sacerdotes sub Neronis imperio, *A. J. XX.* 9, 8.
- Poplas**, Archelai Herodis filii amicus, cum eo Romanum proficiscitur, *B. J. II.* 2, 1.
- Poppæa**, Neronis uxor, pro Judæis deprecatur apud matritum, *A. J. XX.* 8, 11. Cleopatra Flori uxor amica, 11, 1. Ejus in Flavium Josephum benevolentia, *V. J.* 3.
- Posidonius**, Judeos insectatur, *C. A. II.* 7.
- Priscus**, centurius Roman., *B. J. VI.* 2, 10.
- Prophetæ**, qui Moysi successerunt res sua ætate gestas litteris mandarunt, *C. A. I.* 8.
- Protagoras**, placitus suis de diis in periculum adductus, Athenis profugit, *C. A. II.* 37.
- Psephina**, iuris Hierosol., describitur, *B. J. V.* 4, 3. Cf. 2, 2, 4, 2 sq.
- Pseudalexander**, juvenis quidam Judæus, Sidone educatus, simulat se esse Alexandrum Herodis M. fil., quem hic interfici jusserat; Judeis in Creta, Melo et Roma imponit, ejus fraus ab Augusto detegitur; inter remiges ablegatur, *A. J. XVII.* 12, 1 sq. *B. J. II.* 7, 1 sq.
- Psithomphanucus**; ita Josephus Jacobi f. appellatus est a Pharaote, *A. J. II.* 6, 1.
- Ptolemaeus I Lagi**, Hierosolyma capit multosque Judeos in Ægyptum transfert, *A. J. XII.* 1, 1. *C. A. I.* 22. Judeos Cyrenem et in alias Libyæ partes mittit, *C. A. II.* 4. Demetrium Poliorceten prælio devincit, *C. A. I.* 22.
- Ptolemaeus II. Philadelphus**, rex Ægypti, Judeos a

- Ptolemæus.** Lagi in *Egyptum* deportatos manumittit, *A. J.* XII, 2, 2 sqq. Demetrii Phalerei consilio legem Judaicam in linguam Graecam vertendam curare constituit, 2, 1; 2, 3. Ejus ad Eleazarum pontificem hac de re litera, 2, 4. Splendida donaria mittit Hierosolyma, 2, 7—9. Septuaginta duos interpretes ab Eleazaro missos benigne excipit comiterque cum iis colloquitur, 2, 10 sqq. Interpretatione legis absoluta, interpretes laudibus donisque ornat, 2, 14. Cf. *C. A. II*, 4. *A. J. I.*, pr.
- Ptolemæus III.** *Euergetes*, rex *Egypti*, totam Syriam occupat, *C. A. II*, 5. Quum Onias, pontifex maximus, tributa pro Judæis solvere recusasset, Josepho cuidam ea exigenda mandat eidemque vectigalia Pheniciæ et Syriæ addicit, *A. J. XII*, 4, 1 sqq.
- Ptolemæus IV.** *Philopator*, rex *Egypti*, bellum gerit cum Antiocho M., *A. J. XII*, 3, 3; 4, 1.
- Ptolemæus V.** *Epiphanes*, rex *Egypti*, Antiochum vincit, Cœlum Syriam et Judæam occupat, mox inde repellitur, *A. J. XII*, 3, 3. Antiochi filiam Cleopatram ducit, Corlesyram, Judæam, Samariam et Pheniciam pro dote accipit, 4, 1. Gratulatur ei de filii nativitate Hyrcanus, Josephi fili., 4, 7 sqq.
- Ptolemæus VI.** *Philometor*, rex *Egypti*, Epiphanis fil. *A. J. XII*, 4, 11. Bello petitur ab Antiocho Epiphane qui Romanorum iussu in Syriam reddit, 5, 2. Onias permittit in *Egypto* templum extrudere ad similitudinem Hierosolymitani, *XIII*, 3, 2. Litem Judæorum et Samaritarum Alexandriæ dirimit, 3, 3. Alexandre Balac filiam nuptum dat, 4, 1. Alexander per Ammonium ei insidias struit, 4, 6. Filiam Alexandre erexitam Demetrio Nicat, in matrimonium dat, 4, 7. Syriæ regnum ab Antiochenisibus sibi oblatum Romanorum metu non accipit, *ibid.* Cum Demetrio Alexandrum vincit; in proelio vulneratus non multo post moritur, 4, 8. Cf. *C. A. II*, 5.
- Ptolemæus VII.** *Physcon*, rex *Egypti*, Epiphanis fil. *A. J. XII*, 4, 11. Alexandrum Zebinam Syriæ constituit regem, *XIII*, 9, 3. Cleopatram sororem et regno ejicere conatur; Judeos crudelissime tractat, *C. A. II*, 5.
- Ptolemæus VIII.** *Lathyrus*, rex *Egypti*, a matre regno turbatus, *A. J. XIII*, 10, 2. Invita matre Antiocho Cyziceno contra Samaritas auxilium fert, *ibid.* A Ptolemaidensibus contra Alexandrum Jannæum arcessitur, 12, 2. Alexandrum fundit fugatque, 12, 2. Ejus in Judeos crudelitas, 12, 6. In urbe Ptolemaide a Cleopatra matre oppugnatur; repente in *Egyptum* properat, regnum arreplurus, 13, 1. Conatu excidit, 13, 2. Demetrium Eucærum Damasci constituit regem, 13, 4. Cf. *B. J. I*, 4, 1.
- Ptolemæus XII.** *Auletes*; rex *Egypti*, ab *Egyptis* regno pellitur, a Gabinio restituitur, *A. J. XIV*, 6, 2. *B. J. I*, 8, 7.
- Ptolemæus Mennæi**, Chalcidis tyrannus, Damascum infestat, *A. J. XIII*, 15, 2; 16, 1. Ejus terram invadit Pompejus, *XIV*, 2, 2. Aristobuli liberos recipit; interfecto Philippione filio, ejus uxorem Alexandram in matrimonium dicit, 7, 4. *B. J. I*, 9, 2. Antigonum inducit ut Judeæ regnum occupare molliatur, *A. J. XIV*, 12, 1.
- Ptolemæus**, Jamblichi Libani dynastæ f., cum patre Julio Cæsari in *Egypto* bellum gerenti auxilium fert, *A. J. XIV*, 8, 1. *B. J. I*, 9, 3.
- Ptolemæus**, Simonis Judæorum principis gener, sacerdotus interficit *A. J. XIII*, 7, 4. Uxorem quoque Simonis duoque filios occidit; ad Zenonem se recipit, 8, 1. Cf. *B. J. I*, 2, 3 sqq.
- Ptolemæus**, Dorymenis fil., a Syria contra Judam Maccab. missus funditur, *A. J. XII*, 7, 3.
- Ptolemæus**, Rhodius, Herodis M. amicus, *A. J. XIV*, 14, 3. *B. J. I*, 14, 3.
- Ptolemæus**, ab Herode Galilææ praefectus, a Galilæis interficitur, *A. J. XIV*, 15, 6. *B. J. I*, 16, 5.
- Ptolemæus**, regis Herodis procurator, *A. J. XVI*, 7, 2 et 3. *B. J. I*, 24, 2. Ab Alexandro apud Herodem accusatur, *A. J. XVI*, 8, 3. Post Herodis mortem, ejus testamentum in populi concione recitat, *A. J. XVII*, 8, 2. *B. J. I*, 33, 8. Cum Archelao Romam proficiscitur, *A. J. XVII*, 9, 3. *B. J. II*, 2, 1.
- Ptolemæus**, Nicolai Damasceni frater, Antipæ amicus, *A. J. XVII*, 9, 4. *B. J. II*, 2, 3.
- Ptolemæus**, Agrippæ jun. regis procurator, *B. J. II*, 21, 3. *V. J. 26.*
- Ptolemæus** (*Ace*, *A. J. IX*, 14, 2), urbe Pheniciæ, obsidetur ab Alexandre Jannæo qui metu Ptolemæi Lathyri obdicionem solvit, *A. J. XIV*, 12, 2 sq. Capitur a Cleopatra *Egypti* regina, 13, 1 sq. Pacorum Parthum, Antigono open ferentem, Ptolemaidenses in urbem admittunt, *A. J. XIV*, 13, 3. *B. J. I*, 13, 1. Herodis M. in Ptolemaidenses liberalitas, *B. J. I*, 21, 11. — Urbis situs describitur, *B. J. II*, 10, 2. — Cf. *A. J. XII*, 8, 3; *XIII*, 2, 1; 4, 1; 4, 9; 6, 2. *B. J. I*, 5, 3; *II*, 18, 1.
- Pudens**, Romanus, a Jonatha Judæo in singulare certamine superatur, *B. J. VI*, 2, 10.
- Purificatio**, quomodo ex Moysis lege instituenda sit, *A. J. III*, 11.
- Putei bituminis**, vallis olim Palæstina a Sodomitis habitata, in cuius loco extitit lacus Asphaltites, *A. J. I*, 9.
- Puteoli** (*Dicæarchia*), urbs Italæ, *A. J. XVIII*, 6, 4. *V. J. 2.* Cum Miseno oppido ponte jungitur a Caligula, *A. J. XIX*, 1, 1.
- Pygmalion**, Tyriorum rex, *C. A. I*, 18.
- Pyramides** tres non procul ab Hierosolymis ab Helena Adiabenorum regina constructæ, *A. J. XX*, 4, 3.
- Pythagoras**, *Egyptiorum* discipulus, *C. A. I*, 2. In placitis suis de Dei natura Moysen sequitur, *II*, 16. Nihil scriptum reliquit; ejus de Judeis testimonium a Hermippῳ servatum est, *I*, 22. Multa Judæorum instituta in philosophiam suam transtulit, *ibid.*
- Pythium** templum ab Herode M. refectum, *A. J. XVI*, 5, 3. *B. J. I*, 21, 11.
- Q.**
- Quadratus V. Ummidius.**
- Quintilia**, Pompedii amica, ejus fortitudo, *A. J. XIX*, 1, 5.
- Quirina**, tribus Romæ, *A. J. XIV*, 8, 5.
- Quirinus**, vir consularis, censum agit in Syria et Judæa, *A. J. XVII*, 13, 5; *XVIII*, 1, 1; 2, 1. *B. J. II*, 8, 1.
- R.**
- Raazarus**, latronum dux, *A. J. VIII*, 7, 6.
- Rabatha** (*Rabath Ammon*, *Philadelphia*) Ammanitarum urbs a Judæis capitur, *A. J. VII*, 7, 5. Cf. *VII*, 6, 2; 6, 3; *IV*, 5, 3.
- Rabezacus** Thaumasius, pater Apamæ, *A. J. XI*, 5.
- C. Rabilius**, consul; ejus pro Judæis edictum, *A. J. XIV*, 10, 20.
- Rachaba**, mulier Hierichuntina, Judæos in capienda Hierichunte adjuvat, *A. J. V*, 1, 2; 1, 7.
- Rachelæ**, Labani filia, puella formosissima, a Jacobo in matrimonium petitur, *A. J. I*, 19, 5. Jacobus eam in matrimonium accipit post servitutem bis septem annorum, 19, 7. Rachelæ astute Ballam ancillam cum marito concubare facit, 19, 8. Cum marito clam a patre discedit, deorum simulacra secum auferens, 19, 9 sqq. Moritur, 21, 3.

Raelus, Davidis frater, *A. J.* VI, 8, 1.
Ræspha, Sibathi filia, Sauli concubina, *A. J.* VII, 1, 4.
Raipa, castellum Arab., *A. J.* XVI, 9, 3.
Ragaba, castellum Palest., *A. J.* XIII, 15, 5.
Ragavus, Phaleci f., *A. J.* I, 6, 4.
Ragmus, Chusi f., *A. J.* I, 6, 2.
Ragmæ originem trahunt a *Ragmo*, *A. J.* I, 6, 2.
Raqueſi, Esavi f., *A. J.* II, 1, 2.
Ragueſus, Madiane urbis sacerdos, Moysen adoptate eique Sapphoram filiam in matrimonium dat, *A. J.* II, 11, 2; cf. III, 4.
Ramatha. *V. Armatha et Aramatha*.
Ramathø. *V. Armatha*.
Ramesſes, rex Ægypti, *C. A.* I, 15; 26; 32.
Rampses, rex Ægypti, *C. A.* I, 26.
Raphane, urbs Syriæ, *B. J.* VII, 1, 3; 5, 1.
Raphia, urbs Judææ maritima, ab Alexandro Jannæo capitur, *A. J.* XIII, 13, 3. *B. J.* I, 4, 2. A Gabinio instauratur, *A. J.* XIV, 5, 3. *B. J.* I, 8, 4. Cf. *B. J.* IV, 11, 5.
Raphidin, locus Arab., *A. J.* III, 1, 7.
Raphon, urbs Syriæ, *A. J.* XII, 8, 4.
Rapsaces, Assyriorum dux, Hierosolyma obsidet, *A. J.* X, 1, 1.
Ratholis, rex Ægypti, *C. A.* I, 15.
Rathymus, Cambysi Persarum regi a commentariis, *A. J.* XI, 2, 1.
Rebecca, Bathueli filia, *A. J.* I, 6, 5. Ejus indeoles, 15, 2. Nubit Isaaco, 15, 3. Parit Esavum et Jacobum, 18, 1. Isaaci preces pro Esavo in Jacobum convertit, 18, 4.
Reblatha, urbs Syriæ, *A. J.* X, 8, 2; 8, 5.
Recemus, Madianitarum rex, *A. J.* IV, 7, 1.
Regmus, *Regmæ*, *V. Ragmus*, *Ragmæ*.
Regulus. *V. Memnus*, *Æmilius*.
Renga, urbs Palæstinorum, *A. J.* VI, 14, 1.
Ressa. *V. Thressa*.
Rhegini, a Judæis Aschanaxi vocati, pro auctore habent Aschanaxem, Gomari filium, *A. J.* I, 6, 1.
Rhenus, fluv. German., *B. J.* II, 16, 4.
Rhinocorura sive *Rhinocolura*, urbs Judææ prope fines Ægypti, *A. J.* XIII, 15, 4; XIV, 14, 2. *B. J.* I, 14, 2; IV, 11, 5.
Rhiphatæi (*Paphlagones*) originem trahunt a *Riphate*, *A. J.* I, 6, 1.
Rhiphates, Gomari f., Rhiphatæorum (*Paphlagonum*) princeps, *A. J.* I, 6, 1.
Rhoa, rupes in deserto Arabiæ, *A. J.* V, 2, 12.
Rhodus, insula, bello Cassiano vexatur, *A. J.* XIV, 14, 3. *B. J.* I, 14, 3. Herodis M. in Rhodios liberalitas, *B. J.* I, 21, 11.
Robees, Madianitarum rex, *A. J.* IV, 7, 1.
Roboamus, Solomonis f., Abesalom filiam ducit uxorem, *A. J.* VII, 8, 5. Patri succedit, VIII, 8, 1. Decem tribus ab eo desciscunt, duæ tantum, Juda tribus et Benjaminita nomen præstant, 8, 2 sqq. Oppida condit munitione; sacerdotes et Levites e regno Israelis ad eum consurgunt, 10, 1. Flagitiis Deum irritat; bello petitur a Susaco, rege Ægypti, 10, 2 sqq. Moritur post regnum septendecim annorum, 10, 4.
Roma, urbe Italæ; templum Apollinis in ea exstruitur ab Augusto, *A. J.* XVII, 11, 1. *B. J.* II, 6, 1. Isidis templum everlitur a Tiberio, *A. J.* XVIII, 3, 4. Pacis templum a Vespasiano ædificatur, *B. J.* VII, 5, 7. Octaviae porticus sive ambulacra, *B. J.* VII, 5, 4. Collis Palatinus omnium primus habitatus, *A. J.* XIX, 3, 2. Ludi Circenses, *A. J.* XIX, 1, 4. Ludi Palatini, *A. J.* XIX, 1, 3. Triumphi

descriptio quem Vespasianus et Titus Romæ agunt, *B. J.* VII, 5, 4 sqq.—Judæi qui Romæ habitant decipiuntur a Pseudalexandro, *A. J.* XVII, 12. *B. J.* II, 7. A Tiberio Roma expelluntur, *A. J.* XVIII, 3, 5.—Romæ statua ab Herode M. in urbe Cesarea erecta, *A. J.* XV, 9, 6. *B. J.* I, 21, 7.

Romani, corum in rebus bellicis exercitationes, *B. J.* III, 5, 1. Castra metandi ratio, 5, 1 sqq. Exercitus ordo in itineribus, 5, 5. Consulto omnino in bello gerunt, 5, 6. Disciplina severissima, 5, 7; V, 11, 5.—Romani diu Græcis ignoti, *C. A.* I, 12. Antiochum Epiphanem jubent ex Ægypto discedere, *A. J.* XII, 5, 2. Fedus ineunt cum Juda Maccabeeo, *A. J.* XII, 10, 6; cum Jonatha, XIII, 5, 8; cum Simone, XIII, 7, 3; cum Hyrcano, XIII, 9, 2; XIV, 8, 5. Romanorum pro Judæis decreta, XIV, 10, 2 sqq. Imperium Romanum extollitur, *B. J.* II, 16, 4. Ceterum cf. *Judea*, *Hierosolyma*, *Pompejus*, *Gabinius*, *J. Caesar*, *Antonius* et nomina imperatorum.

Romelias, pater Phæcae regis, *A. J.* IX, 11, 1.

Rooboth, puteus Palæstin., *A. J.* I, 18, 2.

Ros, Benjaminis f., *A. J.* II, 7, 4.

Roxane, Herodis M. filia ex Phædra, *A. J.* XVII, 2, 3. *B. J.* 28, 4.

Rubelus, Jacobi f. ex Lia, *A. J.* I, 19, 8. Pro Josepho apud fratres intercedit, II, 3, 1 sqq. Ejus filii quatnōr, II, 7; 4. Rubeli tribus quamnam Palæstinæ partem sortita sit, IV, 7, 3.

Rubrius Gallus Sarmatas vincit, *B. J.* VII, 4, 3.

Rubrum mare, *A. J.* I, 1, 3; 12, 4; II, 15, 3; 16, 4.

Rufus, Judæorum dux Romanos adjuvat in Judæis seditionis coercendis, *A. J.* XVII, 10, 3; 10, 9. *B. J.* II, 3, 4; 5, 2.

Rufus (Annius), Judææ procurator, *A. J.* XVIII, 2, 2.

Rufus, miles Roman., *B. J.* VII, 6, 4.

Ruma, Nachoræ concubina, *A. J.* I, 6, 5.

Ruma, vicus Galil., *B. J.* III, 7, 21.

Rulha, mulier Moabitica, Malloni Elimelechi filio nubit; post mortem mariti cum Naami soru in Judæam migrat, *A. J.* V, 9, 1. Boazo nubit eique parit Obedem qui Davidis avus est, 9, 2 sqq.

Rydda, urbs Arabiæ, *A. J.* XIV, 1, 4.

S.

Saab, vicus Galil., *B. J.* III, 7, 21.

Saba, urbe Æthiopæ, *A. J.* II, 10, 2. A Cambyses Meroë appellata est, *ibid.*

Sabacathas (*Sabactes*), Chusi f., Sabacathenorum prin-

cipē, *A. J.* I, 6, 2.

Sabacatheni, a Sabacatha, Chusi f., nomen habent. *A. J.* I, 6, 2.

Sabæi, nomen habent a Saba, Chusi filio, *A. J.* I, 6, 2.

Sabæus, Bachorite f., seditionem movet contra Davidem, *A. J.* VII, 11, 6. Abelmacheæ obsidione premitur a Joabo; urbis incolae caput ejus abacissum Joaho tradunt, 11, 7 sqq.

Sabas, Chusi f., Sabæis nomen dedit, *A. J.* I, 6, 2.

Sabas, Regni f., Sabæorum princeps, *A. J.* I, 6, 2.

Sabathanes, Sui f., *A. J.* I, 15.

Sabathas, Chusi f., Sabathenis (*Astabaræ*) nomen dedit, *A. J.* I, 6, 2.

Sabatheni (*Græcis Astabari dicti*), nomen habent a Sabatha, *A. J.* I, 6, 2.

Sabathes, Davidis actuarius, *A. J.* VII, 11, 8.

Sabatina, tribus Romæ, *A. J.* XIV, 10, 13; 10, 19.

Sabbæus, Samarita, *A. J.* XIII, 3, 4.

Sabbaticus, fluv. Syriæ, unde nomen habeat, *B. J.* VII, 5, 1.

- Sabbatum**, septimus hebdomatis dies, quomodo celebrandum sit, *A. J.* I, 1, 1; III, 10, 1. Sabbato Judeis non licet arma capere, aut de pace tractare aut iter facere, *A. J.* XIII, 8, 4. *B. J.* IV, 2, 5; I, 7, 3. *V. J.* 32. Apionis de vocis origine sententia, *C. A.* II, 2.
- Sabbion**, Alexandræ consilium in Ægyptum fugiendi Herodi prodit, *A. J.* XV, 3, 2.
- Sabecus**, Syrorum dux, *A. J.* VII, 6, 3.
- Sabeus**, Juctæ f., *A. J.* I, 6, 4.
- Sabinus**, Augusti in Syria procurator, Hierosolyma se confert ad Herodis pecunias custodiendas, obnidente Varo, *A. J.* XVII, 9, 3. *B. J.* II, 1, 2 Judeis se reddit odiosum; in Hierosolymorum arce obsidetur; Varum in auxilium vocat, *A. J.* 10, 1 sqq. *B. J.* 3, 1 sqq.. Non audens in Vari conspectum venire clam urbe aufugit, *A. J.* 10, 10. *B. J.* 5, 2.
- Sabinus**, tribunus militum, unus e Caligulae interfectoribus, *A. J.* XIX, 1, 7 sq.; I, 14. Patriam in libertatem restituere vult, 4, 4. Sibi ipsi manus infert, 4, 6.
- Sabinus**, Vespasianus frater, a Vitellio deficiens Capitolium occupat; mox superatur et interficitur, *B. J.* IV, 11, 4.
- Sabinus**, Caii Cæsaris satellitum dux, *A. J.* XIX, 1, 15.
- Sabinus**, Syrus, vir fortissimus, *B. J.* VI, 1, 6.
- Sabuchades**, eunuchus, *A. J.* XI, 6, 11.
- Sacre**, populus Asiae, *A. J.* XVIII, 4, 4. Parthiam populantur, *A. J.* XX, 4, 2.
- Saccharum** (hyoscyamus) planta describitur, *A. J.* III, 7, 6.
- Sacerdotes Judeorum**, eorum reditus a Moyse constituti, *A. J.* IV, 4, 4. cf. III, 9, 4. Sacerdotum tribus quatuor, *C. A.* II, 8. Familiae sacerdotales viginti quatuor sub regno Davidis, *A. J.* VII, 14, 7. Sacerdotum officia, *A. J.* VII, 14, 7; *C. A.* II, 8; 13. Ornatus, *B. J.* V, 5, 7. *A. J.* III, 7, 1 sqq. Quid de eorum conubio sancitum sit, *A. J.* III, 12. *C. A.* 1, 7. Dissidium inter sacerdotes et pontifices, *A. J.* XX, 8, 9, 2.
- Sacrificia**, singulis diebus festis instituenda describuntur, *A. J.* III, 9 sq. Cf. *C. A.* II, 23.
- Sacrosanctum**, templi Hierosolym. describitur, *B. J.* V, 5, 4 sqq.
- Sadducei**, Iudæorum secta, contendunt, fatum omnino non esse, sed omnia a nostro pendere arbitrio; animam interire cum corpore. Negant esse quidquam præter legem servandum. Hanc sectam pauci sequuntur, sed dignitate primi, *A. J.* XIII, 5, 9; 10, 6. *XVIII*, 1, 4. *B. J.* II, 8, 14. Cum Pharisæis graves habent contentiones, *A. J.* XIII, 10, 6. Præ ceteris Judeis in judiciis immites, *A. J.* XX, 9, 1.
- Sadducus**, Pharisæus cum Juda Galilæo Iudeos contra Romanos concitat, *A. J.* XVIII, 1, 1.
- Sadocus**, pontifex maximus sub regno Davidis, *A. J.* VII, 2, 2; 5, 4; 9, 2; 9, 7; 11, 1; 11, 4; *VIII*, 1, 4; cf. X, 8, 6.
- Sadraces**, Samaritarum dux, *A. J.* XI, 6, 9
- Sairra** urbs Palest. ab Esavo Dasia (Villoso) appellata, *A. J.* I, 20, 3; cf. II, 1, 4.
- Saites**, nomus, in Ægypto, *C. A.* 1, 14.
- Salampsio**, Herodis M. ex Marianne filia, Phasaelo Phasæli Herodis M. fratris filio nubit, *A. J.* XVIII, 5, 4. Cf. XVI, 7, 4. Ejus liberii, *XVIII*, 5, 4.
- Salamon**. V. *Solomon*.
- Salas**, Arphaxadis f., *A. J.* I, 6, 4.
- Salas**, Judæ f., *A. J.* II, 7, 4.
- Salathielus**, pater Zorobabeli, *A. J.* XI, 3, 10.
- Salatis**, rex Ægypti, *C. A.* I, 14.
- Salephus**, Juctæ f., *A. J.* I, 6, 4.
- Sallis**, oppidum Idumææ, *B. J.* III, 2, 2.
- Sallumus**, Judæus nobilis, maritus Oldæ vatis, *A. J.* X, 4, 2.
- Sallumus**, pontifex maximus, *A. J.* X, 8, 6.
- Salmana**, Madianitarum dux, *A. J.* V, 6, 5.
- Salmanasares**, Assyriorum rex, Israelitis tributum impedit, *A. J.* IX, 13, 1. Samariam expugnat, Oseam regem captivum abducit, Israelitarum regnum extinguit, 14, 1. Syriam et Phœniciam invadit, *IX*, 14, 2.
- Salome**, Herodis M. soror, Josephi uxoris, maritum suum adulterii apud fratrem accusat, *A. J.* XV, 3, 9. Cf. XIV, 7, 3. *B. J.* I, 8, 9. Post Josephi necem ab Herode in matrimonium collocatur Costobaro Idumæo, 7, 9. Costobaro repudiat eumque accusat quod rebus novis studeat, 7, 10. Apud Herodem calumniat eus filios Aristobulum et Alexandrum, *A. J.* XVI, 1, 2; 3, 2. Bereenicam filiam, Aristobuli uxorem, eo perducit, ut secreta mariti sibi prodat, 7, 3. Calumnias in regem confinxisse dicitur, 7, 5. Syllæ amore capit, ab eoque mox petitur in matrimonium; sed Herodes nuptias non permittit ob religionem diversitatem, 7, 6. Aristobulum Herodi odiosum reddit, 10, 5. In concilio Beryti habito Alexandrum et Aristobulum capitis condemnat, *B. J.* 27, 29. Alexæ ab Herode nuptum datur, *A. J.* XVII, 1, 1. *B. J.* I, 28, 6. Uxoris Pheroræ aliarumque mulierum cum ea conversantia consilia Herodi aperit, *A. J.* 2, 4. *B. J.* 29, 1. Antipater ei insidias struit, *A. J.* 5, 7. *A. J.* 32, 6. Salome ejusque conjux Alexas ab Herode jubentur Iudeorum primores in hippodromo inclusos occidere; mandatum crudelissimum non exequuntur, *V. J.* XVII, 6, 5; 8, 2. *B. J.* I, 33, 6; 33, 8. Herodes testamento ei donat Jamniam, Azotum Phasælidem urbes magnaunque pecunia vim, *A. J.* 8, 1. Romam proficiscitur ad Archelaum apud Augustum accusandum, *A. J.* XVII, 9, 3. *B. J.* II, 2, 2. Augustus ei regiam Ascaloniam tribuit; quantus fuerit ejus reditus annuus, *A. J.* 11, 5. *B. J.* 6, 3. Moritur; Julius Jamniam Phasælidem et Archelaudem relinquit, *A. J.* XVIII, 2, 2. *B. J.* II, 9, 1.
- Salome**, Herodis filia ex Herodiade, Philippi tetrarchæ uxor, *A. J.* XVIII, 5, 4. Post Philippi mortem Aristobulo nubit, *ibid.*
- Salome**, Herodis M. filia ex Elpide, *A. J.* XVII, 2, 3. *B. J.* I, 28, 4.
- Salome**. V. *Alexandra*.
- Samacho**, Abenigeri Spasinæ Castri regis fil., Izatæ Adabenorum regis uxor, *A. J.* XX, 2, 1.
- Samea**, urbs Palestinae, *B. J.* I, 2, 6. Dicitur Samega, *A. J.* VIII, 9, 1.
- Sameas**, vates, *A. J.* VIII, 10, 3.
- Samalus**, Davidis frater, *A. J.* VI, 8, 1.
- Samareus**, Chanaani filius, *A. J.* I, 6, 2.
- Samaria**, regio Palestinae, describitur, *B. J.* III, 3, 4. Post Israeli regni excidium, Chuthæi e Chutha, Persæ provincia, in Samaram a Salmanasare transferuntur, *A. J.* IX, 14, 3. Samarætæ sive Chutæi, Judeis infesti templi Hierosolymitani extractionem impide student, XI, 4, 3 sqq. Alexandrum Magnum libenter excipiunt; 8, 9. Templum in monte Garizin exstruunt Hierosolymit. simile, *ibid.* Ptolemaeus Epiphanes Samaram dotis nomine accipit ab Antiocho Magno, XII, 4, 1. Iudeus multo modis vexant Samarætæ, *ibid.* Mores Græcorum amplexi, templum in monte Garizin Jovi Hellenio consecrant, 5, 5. Samaria post mortem Herodis cum Iudea et Idumea ad Archelai ethnarchiam pertinet; Augustus quartam vectigalium partem Samarætæ condonat, *A. J.* XVII, 11, 4. *B. J.* II, 6, 3. Archelao regno dejecto Samaria Syriae provincie adjicitur, *A. J.* 13, 5. *B. J.* 8, 1. Samarætæ seditionem movent contra Pontium Pilatum;

- a** Pilato funduntur, *A. J. XVIII*, 4, 1. Pilatum apud Vi-
telium Syrie praefectum accusant, 4, 2. Lis inter Samari-
tas et Galilaeos quibus Judæi auxiliantur, *A. J. XX*, 6.
B. J. II, 12, 5 sqq. Belli Judaici tempore Samaritæ qui in
montem Garizim confluxerant caeduntur a Romanis, *B. J. III*, 7, 32. Samaritæ, prout Judeorum res secundæ
aut adveras sunt, profitentur aut negant se esse Judeos,
A. J. XI, 8, 6. — Samaritæ qui Alexandriam incolunt
item habent cum Judæis ejusdem urbis sub Ptolemaeo
Philometore, *A. J. XIII*, 3, 4.
- S**amaria, urbs Palestinae, que a Judæis vocatur Semareon, ab Amaro, Israelitarum rege condita est, *A. J. VII*, 12, 5. Ab Adado oppugnatur, 14, 1; iterum sub Joram, *IX*, 4, 4. Ab Hircano funditus deleta, *XIII*, 10, 3. Ju-
dæis a Pompeio erupta, *A. J. XIV*, 4, 4. A Gabinius in-
stanata, *A. J. XIV*, 5, 3. *B. J. I*, 8, 4. Herodi M. da-
tur ab Octaviano, *A. J. XV*, 7, 3. Ab Herode M. splen-
dide exadfectata et munita appellatur Sebaste, *A. J. XV*,
8, 5. *B. J. I*, 21, 1.
- S**amaronus, Isacharis f., *A. J. II*, 7, 4.
- Samas**, Davidis frater, *A. J. VII*, 8, 3.
- Sambatas**, praefectus Samariæ sub regno Darii, *A. J. XI*,
4, 8.
- Sameas**, Pharisæus, Pollionis discipulus, *A. J. XV*, 1, 1.
Eius oratio contra Herodem, *A. J. XIV*, 9, 4. Herodes,
postquam regnum suscepit, eum magno in honore habet,
A. J. XV, 1, 1. Herodi jusjurandum fidei dare recusat, *A. J. XV*, 10, 4.
- Samega**, urbs Palestinae, *A. J. VIII*, 9, 1. Cf. *Samæa*.
- Samos**, insula, *A. J. XVI*, 2, 2. Herodis M. in Samios li-
beralitas, *B. J. I*, 21, 11.
- Samosata**, metropolis Commagene, *B. J. VII*, 7, 1. Ob-
sidetur et capitur a Marco Antonio, *A. J. XIV*, 5, 8 sqq.
B. J. I, 16, 7.
- Sampho**, vicus Samariæ munitissimus, ab Arabibus Quint. Varo auxilio missis diripiatur et concrematur, *A. J. XVII*,
10, 9. *B. J. II*, 5, 1.
- Sampigeramus**, Emesorum rex; ejus filia, Jotape Ari-
stobulo Herodis M. nepoti nubuit, *A. J. XVIII*, 5, 4. Ad
Agrippam M. venit, *XIX*, 8, 1.
- Samson**, Manochæ f., unde nomen habeat, *A. J. V*, 8, 4.
Virginem Palæstinam in matrimonium petit; leonem
strangulat, 5. Inter epulas nuptiales cenigma proponit;
uxorem deserit, quod prodidit enigmatis solutionem, 6.
Palæstinorum segetes incendit, 7. Etiam habitat; Palæ-
stinis vincitus traditur, sed asini maxilla arrepta multos
eorum cedit, ceteros in fugam convertit, 8. Deus ei si-
tienti fontem emitit et petra, 9. Portas Gaza urbis elevat, 10. A moribus patriis discedit; Dalila, Samonis con-
cubina, hostibus prodit, ejus robur in cæsarie situm esse;
Samson, cassarie abscissa oculisque effossis in carcerem
conjuratur, 11. Robore recuperato domum Palæstinis re-
pletam subvertit, sed et ipse ruina involvitur, 12. Impe-
rium tenuit annos viginti, *ibid.*
- Samuelus**, Alcanæ Levitæ filius ex Anna; a matre divino
ministerio consecratur, antequam natus est, *A. J. V*,
10, 2. Quid nomen significet, 3. Duodecimo anno pro-
phetæ paries agit; Deus eum alloquitur, Judeos a Pa-
læstinis oppressos adhortatur, ut libertatem armis vindicent,
VI, 2, 1. Palæstinos fundit et regionem quam Ju-
dæis eriperunt, recuperat, 2, 2 sqq. Bis quotannis jus-
dicit in urbibus, 3, 1. Annis defectus reipublicæ admini-
stranda curam filii tradit, Joeli et Abiæ, qui nequissi-
mos se gerunt, 2. Judæi regem ab eo petunt; concione
convocata regii dominatus mala iis exponit, 3, 3 sqq. Sau-
lum quem Deus regem constituit, hospitio excipit et sa-
cro oleo inungit, 4, 1 sqq. Sortitione facta, Saulo regnum
obtingit, 4, 4 sqq. Quæ eventura sint populo recitat, 4,
6. Saulo iratus, Davidem inungit, 7, 1 sqq; 8. Moritur,
13, 5. Cf. *VI*, 14, 2.
- Sanaballees**, natione Chutæus, Samariæ satrapa sub Da-
rio III, filiam Manasse Judæo in matrimonium dat, *A. J.*
XI, 7, 2. Manasse d'virtuum molienti promitti ponti-
ficatum, 8, 2. Ad Alexandrum M. deficit; templum sedi-
ficiat in monte Garizim ejusque pontificem constituit Ma-
nassen, 8, 4. Ejus exercitus cum Alexandro in Ægyptum
proficiuntur, 8, 9.
- Sanagarus**, Anathî f., breve tempus principatum tenet
apud Judæos, *A. J. V*, 4, 3.
- Sanctum Sanctorum** templi Hierosol. describitur, *B. J. V*,
5, 5. Cf. *A. J. III*, 6, 4.
- Sapha**, locus Judææ non procul ab Hierosol., *A. J. XI*, 8, 5.
- Saphan**, scriba Josiae regis, *A. J. X*, 4, 1.
- Saphata**, vallis Judææ, *A. J. VIII*, 12, 2.
- Saphates**, Galileæ praefectus sub Solomone, *A. J. VIII*, 2, 3.
- Saphatias**, Davidis f., *A. J. VII*, 1, 4.
- Saphatus**, pater Elisæi, *A. J. VIII*, 13, 7.
- Saphonia**, Gadis f., *A. J. II*, 7, 4.
- Sapphora**. V. *Sepphora*.
- Sappinas** (*Sappinius*), Herodis M. amicus, *A. J. XIV*, 4,
3. *B. J. I*, 14, 3. Cf. *A. J. XVI*, 8, 3.
- Sara**, Aseri f., *A. J. II*, 7, 4.
- Sara**, urbs Judææ, *A. J. VI*, 12, 4.
- Sarabarzanes**, Persa, *A. J. XI*, 4, 4.
- Saradus**, Zabulonii f., *A. J. II*, 7, 4.
- Saramim**, urbs Judææ, *A. J. VIII*, 10, 1.
- Saramalla** (*Samaralla*), Syrus locupletissimus, *A. J.*
XIV, 13, 5. *B. J. I*, 13, 5. Ab Herode M. ad Phraatem
mittitur legatus, *A. J. XV*, 2, 3.
- Saras**, urbs Palestinae, *A. J. V*, 8, 12.
- Sarasarus**, Senacheribi Assyriorum regis fili., ob patris
caedem in exilium pellitur, *A. J. X*, 1, 5.
- Sardes**, urbs Lydiæ; L. Antonii et Norbani Flacci ad Sar-
dianos rescripta de Judeorum iuribus servandis, *A. J.*
XIV, 10, 17; *XVI*, 6, 6. Sardianorum de Judeis decretum,
XIV, 10, 23.
- Sareas**, pontifex maximus, a Nabuchodonosoro occisus,
A. J. X, 8, 5.
- Sareas**, dux Judeorum qui post Hierosolymorum excidium
in Judæa relicti sunt, *A. J. X*, 9, 2.
- Sarephtha**, urbs Phoenicie, *A. J. VIII*, 13, 2.
- Sariphæus**, Judeo legum interpretis pater, *A. J. XVII*, 6,
2. *B. J. 33*, 3.
- Sarmata**, Scytharum gens, irruptionem faciunt in Mo-
siam; a Rubrio Gallo repelluntur, *B. J. VII*, 4, 3.
- Sarra**, Arana filia, Abramii uxor, *A. J. I*, 6, 5. Pharao-
thes rex Ægypti ejus amore capit, 1, 8, 1; cf. *B. J. V*,
9, 4. Sarra Isaacum parit; Abramo persuadet ut Agaram
cum Ismael domo expellat, 12, 2 sqq. Moritur; sepe-
litur Chebron, 14.
- Saruia**, Davidis soror, *A. J. VI*, 13, 9.
- Saturninus**, Syriæ praefectus pro Herode agit cum Sylleo,
A. J. XVI, 9, 1. In concilio Beryti habito moderatam
fert sententiam de Alexandre, Herodis filio, conjuratio-
nis in patrem accusato, *A. J. II*, 3. *B. J. I*, 27, 2. Antipa-
ter eum sibi conciliare studet, *A. J. XVII*, 1, 1. *B. J. I*,
28, 1. Zamari Judeo Babylonio Valatham, locum in
Syria situm ad habitandum dat, *A. J. 2*, 1. Ejus successor
Quintilius Varus, *A. J. 5*, 2.
- Saturninus**, Tiberii amicus, maritus Fulviæ, *A. J. XVIII*,
3, 5.
- Saturninus** (*Cn. Sentius*), post Caligulæ interitum sena-
tui suadet ut antiquam reipublicæ formam restituat,
A. J. XIX, 2, 2.

- Saulus**, Symonis f., A. J. II, 7, 4.
- Saulus**, Cisi filius, patri asinas querens venit ad Samuelem, cui Deus aperit illum se Judaeorum regem constituisse, A. J. VI, 4, 1. Samuelus sacro oleo eum perfundit et praedit, quae ei in patriam redeunti ventura sint, 2. Sorte ei regnum obtingit, 5. A multis contemptus, *ibid.* Victis Ammanitis magna assequitur gloriam; nova inauguratione regnum ei confirmatur, 5, 2 sqq. Palæstinos aliasque gentes finitimas subigit, 6. Amalecitas ad intermissionem cedit, parcit tamen Agago eorum regi, qua re Deum offendit, 7. Palæstinis iterum fundit, Goliathio a Davide interfecto, 9. Davidi invidet ob rea praclare gestas eique insidias struit, 10 et 11. Abimelechum, qui Davidem receperat, totamque ejus stirpem occidi jubet, 12, 5. Frustra Davidem persoquitor; Davides his ei parcit, 13, 4 sqq. A Palæstinis bello lacesitus antequam pugnam ineat, ventriloquam de ejus exitu consultit, 14, 2 sqq. In prælio cum Palæstinis commisso egregie pugnat; Judæis in fugam versis, filiiisque suis caesis, ne vivus in hostium potestatem veniat, Amalecitanum jubet sibi mortem afferre, 14, 7. Sauli filiorumque ejus corpora a Palæstinis crucibus affiguntur: Jabisseni vero ea auferunt et sepelunt, A. J. VI, 14, 8.
- Saulus**, Agrippæ regis cognatus, A. J. XX, 9, 4. A Hierosolymitis legatus mittitur ad Agrippam, B. J. II, 17, 4. Ad Cestium transit a quo ad Neronem legatus mittitur, 20, 1.
- Saulus**, Judeus Scythopolitanus, cum tota sua familia a Simone filio interimitur, B. J. II, 18, 4.
- Scala Tyriorum** (Κλιμακὶς Τυρίων), mons Phoenicis non procul a Ptolomaide, A. J. XIII, 5, 4. B. J. II, 10, 2
- Scaurus**, a Pompeio in Syriam mittitur; inde in Judæam profectus Aristobulo opulatur contra Hyrcanum, A. J. XIV, 2, 3. B. J. I, 6, 3. Pompejus ei Colesyriam tradit administrandam, A. J. 4, 5. B. J. 7, 7. Expeditionem facit in Arabiam, A. J. 5, 1. B. J. 8, 1.
- Scenæ**, locus Palæst., A. J. I, 21, 1.
- Scenopégia**, (ἱ ἀρχὴ τῶν σκηνῶν), featum Judæorum; ejus origo, quando et quomodo celebrandum sit, A. J. III, 10, 5. Leges in hoc festo recitantes sunt, IV, 8, 12. Splendide celebratur in templi inauguratione, VIII, 4, 5.
- Scipio**, Alexandrum Aristoboli fil. iussu Pompeii occidit, A. J. XIV, 7, 4. B. J. I, 9, 2.
- Scopas**, Ptolemaei Epiphanis dux Judæam et Colesyriam occupat; mox ab Antiocho M. victus recedit, A. J. XII, 3, 3.
- Scopus**, locus Judææ prope Hierosolyma, B. J. II, 19, 4; 19, 7; V, 2, 3.
- Scythæ** (*Magogæ*), originem trahunt a Magoge, Japhethæ f., A. J. I, 6, 1. Anacharsin occiderunt quod Græcorum more amplexus erat, C. A. II, 37. Parthos bello pertunt, A. J. XVIII, 4, 4. Cf. *Sarmatæ*, *Alani*.
- Seuthopolis**, urbe Palæstinæ, in confinio Galilææ a meridie sita, B. J. III, 3, 1. Viginti statiis a Tiberiade distat, V. J. 65. Maxima urbs Decapoleos, B. J. III, 9, 7. Ad Colesyriam pertinere dicitur, A. J. XIII, 13, 2. — Olim Bethsan vocabatur, A. J. V, 1, 22; VI, 14, 3; XII, 8, 5. — Ab Epicrate Judæis proditur, XIII, 10, 3. Judæis a Pompejo eripitur, XIV, 4, 4. A Gabinius instauratur, A. J. XIV, 5, 3. B. J. I, 8, 4. Initio belli Jud. Judei qui urbem incolunt a Syria ceduntur, B. J. II, 18, 3 sq. V. J. 6. — Cf. B. J. I, 2, 7; IV, 1, 8. A. J. XII, 4, 5; XIII, 15, 4; XIV, 3, 4. V. J. 65.
- Sedaste**, urba Palæst., olim Samaria dicta, exædificatur et munitur ab Herode M. A. J. XV, 8, 5. B. J. I, 21, 1. Post Herodis mortem in Archelai ethnarchæ ditione est; Archelao regno dejecto cum tota Samaria Syriae adjicitur,
- A. J. XVII, 11, 4; 13, 5. B. J. II, 6, 3; 8, 1. Sebasteni ab morte Agrippæ M. immodice exultant, quare Claudius iis offensus est, A. J. XIX, 9, 1 sq. — Initio belli Jud. Sebaste a Judæis flammis vastatur, B. J. II, 18, 1. — Cf. *Samaria*.
- Sebastenorū turma** in Romanorum exercitu, A. J. XIX, 9, 1 sq. XX, 6, 1. B. J. II, 12, 6.
- Sebaste**, insula prope Ciliciam, prius Eleusa dicta, A. J. XVI, 4, 6. B. J. I, 23, 4.
- Sebastus**, Caesareæ urbis portus, in honorem Augusti ita vocatus, A. J. XVII, 5, 1. B. J. I, 31, 3.
- Sebœ**, urba Galaaditidis, A. J. V, 7, 12.
- Sebonitis** (*Esebonitis*) regio Palæst., a Judæis vastatur, B. J. II, 18, 1.
- Secella**, *Secela*. V. *Sicella*.
- Sedecias**, vates, A. J. VIII, 15, 4.
- Sedezias**, Joachimi patruus a Nabuchodonosoro Judæorum rex constituitur, A. J. X, 7, 1. A Babylonis ad *Ægyptios* deficit, 7, 3. Captis Hierosolymis, oculis privatus et catenis vincitus a Nabuchod. Babylonem abducitur, 8, 1 sqq. Usque ad mortem in carcere conclusus tenetur, 8, 7. Cf. B. J. V, 9, 4.
- Sedraches**, cf. *Ananias*.
- Sejanus**, militum pretorianorum praefectus, coniurationis in Tiberium convictus occiditur, A. J. XVIII, 6, 6.
- Selamin**, vicus Galil., B. J. II, 20, 6. V. J. 37.
- Selene**, etiam Cleopatra vocata, Syriae regina, a Tigrane rege Armenie bello lassetur, A. J. XIII, 16, 4.
- Seleucia**, urbe Syriae, A. J. XIII, 7, 1.
- Seleucia**, urbs Babylonis, a Seleuco Nicatore condita. Juðæi Babylonii in eam commigrant, sed a Gracis et Syria magna ex parte ceduntur, A. J. XVIII, 9, 8.
- Seleucia**, urba Gaulanitidis superioris, ad Semæchonitidem lacum sita, B. J. IV, 1, 1. Ab Alexandro Janæo capitur, A. J. XII, 15, 3. A Flavio Josepho munitur, B. J. II, 20, 6. V. J. 37. Initio belli Jud. incole ab Agrippa et Romanis steterunt, B. J. IV, 1, 1.
- Seleucus I Nicator**, rex Syriae, Babylone potitur, A. J. XII, 1, 1. Judeos in Syria uribus habitantes civitate donat, A. J. XII, 3, 1. C. A. II, 4. Antiochiam et Seleuciam condit, C. A. II, 4. A. J. XVIII, 9, 8.
- Seleucus IV Philopator**, rex Syriae Antiochi M. f., A. J. XII, 1, 10. Judæis pecuniam largitur in sacrificiorum usum, M. 4, (in textu legitur *Nicanor* pro *Philopator*). Moritur, A. J. XII, 1, 11.
- Seleucus VI Epiphanes**, Antiochi Grypi, Syriae regis 4, patri in regno succedit, A. J. XIII, 13, 4. Ab Antiocho Pio Syria expellitur, a Mopanensisibus crematur, *ibid.*
- Sella**, Samechi uxoris, A. J. I, 2, 2.
- Sellimus**, Nephthalis f., A. J. II, 7, 4.
- Sellimus**, Israelitarum rex, regnat triginta dies, A. J. IX, 11, 1.
- Semaron** mons, in Palæst., A. J. VIII, 11, 2.
- Semareon**, urbs Samariae Græcis Samaria vocata, A. J. VIII, 12, 5. Cf. *Samaria*.
- Semarus** vendit Amarino montem quem hic exstructa *Samaria* (*Semareone*) occupat, A. J. VIII, 12, 5.
- Semas**, Noci f., A. J. I, 4, 1. Quasnam terras ejus filii occupaverint, A. J. I, 6, 4.
- Semechonitis** (*Samachonitis*) locus in Galil.; ejus situs et ambitus, B. J. IV, 1, 1. Jordanes eum secat, B. J. III, 10, 7.
- Semegarus**, Babyloniorum dux, A. J. X, 8, 2.
- Semet**, Geræ f., maledicit Davidi, A. J. VII, 9, 4. Davides ei ignorat, 11, 2. Interficitur iussu Solomonis, VIII, 1, 5.
- Semeis**, praefectus tribus Benjam. sub Solomone, A. J. VIII, 2, 3.

INDEX NOMINUM ET RERUM.

- Semelitus**, scriba Cambyais Persarum regis, *A. J. XI*, 2, 1.
- C. Sempronius**, senator Roman., *A. J. XIII*, 9, 2.
- Senabares**, Sodomitarum, rex, *A. J. I*, 9.
- Senachoribus**, Assyriorum rex, expeditionem facit contra Judeos et Aegyptios; Hierosolyma et Pelusium obsidet, *A. J. X*, 1, 1 sqq. Re infecta in regnum suum redit, filiorum insidiis perit, 1, 4 sq. Quenam Herodotus et Berosus de eo tradant, 1, 4.
- Sennaar**, campus Babylonie, *A. J. I*, 4, 1; 4, 3.
- Sennabris**, locus Galil., *B. J. III*, 9, 7
- Seph**, castellum Galil., *B. J. II*, 20, 6.
- Sepphoris** (*Sapphora*, *Semphora*, *Samphora*) urbe Galil.; ejus situs describitur, *V. J. 65*. In ea synedrium institutum a Gabiniu, *A. J. XIV*, 5, 3. *B. J. I*, 8, 5. Ab Herode capitur, *A. J. XIV*, 15, 4. *B. J. I*, 16, 2. Ab Arabibus Quintect. Varo auxilio missis incenditur ejusque incoleae vendentur, *A. J. XVII*, 10, 9. *B. J. II*, 5, 1. A Philippo munitur et amplificatur ita ut princeps Galilaeorum urbs sit, *A. J. XVIII*, 2, 1. Denuo munitor ab incolis, *B. J. II*, 20, 6. Sepphorite initio belli Jud. propter fidem erga Romanos servatam a Galileis vexantur; Flav. Josephus eos tuerit, *V. J. 8*. Josepho insidias struunt, 22. A Joanne Levi frusta stimulantur ut ipsi se addicant, 25. Cestium Gallum, Syriæ pref., invitant ut ipsorum urbem in fidem recipiat; quod quum Josephus audiisset, eam expugnat et diripit, *V. J. 67*. Sepphorite milites Romanos Cestio missos in urbem recipient; Josephus eam iterum oppugnat, sed frustra, 71. Cf. *B. J. II*, 18, 11. Vespasianum libenter excipiunt, *B. J. III*, 2, 4; 4, 1.
- Septuaginta** duo Judei ad Ptolemaeum Philad. ab Eleazaromittuntur ut Legem Jud. Graece reddant, *A. J. XII*, 2, 5 et 6. A. Ptolem. benigne excipiuntur, 2, 11. Eorum vivendi ratio, 2, 12. Legis interpretatio diebus septuaginta duobus absolvitur, 2, 12. Donis cumulati dimituntur, 2, 14.
- Serebous**, Judeorum dux, *A. J. XI*, 3, 10.
- Sergia**, tribus Rome, *A. J. XIV*, 10, 10.
- Seron**, Antiochi Epiph. dux, a Juda Maccab vincitur, *A. J. XII*, 7, 1.
- Serrice**, Palæstinis finitimi, *A. J. VI*, 13, 10.
- Sertorius**, miles Roman. calidissimus, *B. J. VI*, 3, 2.
- Serugus**, Ragavif., *A. J. I*, 6, 4.
- Servi** testes esse nequeunt apud Judeos, *A. J. IV*, 8, 15.
- P. Servilius Galba**, proconsul; ejus rescriptum ad Milesios, *A. J. XIV*, 10, 21.
- Servilius**, Gabinii in Syria legatus, *A. J. XIV*, 6, 1. *B. J. I*, 8, 6.
- Sesostris**, rex Aegypti; multa de eo narrantur fabulosa, *C. A. II*, 11.
- Sethon** (etiam Aegyptus vocatus), rex Aegypti, *C. A. I*, 26. Hermæum (Danaum) fratrem Aegyptio expellit, *tibid.*
- Sethosis**, rex Aegypti, expeditionem facit contra Assyrios et Medos, *C. A. I*, 15.
- Sethus**, Adami f., virtute præclarus; ejus filii pii et sapientes, observationes astronomicas duabus columnis inscribunt, *A. J. I*, 2, 3.
- Sextus Cæsar**, J. Cæsaris cognatus, Syria procurator, *A. J. XIV*, 9, 2. *B. J. I*, 10, 5. Eo intercedente Herodes, ab Hyrcano in judicium vocatus, absolvitur, *A. J. 9*, 4. *B. J. 10*, 7. A Basso Cæcilio interficitur, *A. J. 11*, 1. *B. J. 10*, 10.
- Siba**, Sauli libertus, *A. J. VII*, 5, 5; 9, 3.
- Sicarii**, latrones a sica qua utuntur appellati, in Judæa grassantur, *A. J. XX*, 8, 10. *B. J. II*, 13, 3. A Feste funduntur, *tibid.* Ab Albino debellantur, sed mox resumpta fiducia totam Judæam infestant, *A. J. 9*, 2 sq. Masadam castellum occupant; inde in regionem vicinum excursus faciunt, *B. J. IV*, 7, 2. Qui Masadam tenent se invicem interficiunt ne in Romanorum potestatem veniant, *B. J. VII*, 7 et 9. Reliqui, ex Judæa pulsi, in Aegypto Judeos ad defectionem adducere frustra conantur, *B. J. VIII*, 10, 1. Eorum unus, Jonathas Judeos Cyrenenses ad seditionem stimulat, 11, 1. Sicariorum perversitas, 8, 1.
- Sicella** (*Secella*, *Secela*), vicus in Palæstinorum terra, ab Ancho Davidi tribuitur, *A. J. VI*, 13, 10. Ab Amalecitis vastatur, 14, 5. Cf. *VI*, 14, 6; *VII*, 1, 1; 1, 2.
- Sichemes**, Emmosi Sicimitaruim regis f., Dinam Jacobi filium stuprat; a Symone et Levi trucidatur cum eoque tota regia familia, *A. J. I*, 21, 1.
- Sicho**, Moabitidis et Amoritidis rex a Moyse prælio devincitur, *A. J. IV*, 5.
- Sicima** (*Sicimum*, *Neapolis*), urbs Samariæ sub monte Garizin sita, *A. J. V*, 7, 2. Ab indigenis Mabortha vocatur, *B. J. IV*, 8, 1. Urbs sacra, homicidarum asylum, *A. J. V*, 1, 24. Regiam in ea extruxit Hieroboamus, *VIII*, 8, 4. Alexandri Magni temporibus Samariæ caput, *XI*, 8, 6. Sicimitæ a Symone et Levi Jacobi filii propter Dinam stuprum interimuntur, *A. J. I*, 21, 1. Cœduntur ab Abimelecho tyranno, *V*, 7, 4. Saulus cum Amalecitis bellum gerens parcit Sicimitis, *VI*, 7, 3. Sicimitæ Sidonii se esse profitentur, *XII*, 5, 5. Cf. *A. J. I*, 21, 1; *IV*, 8, 44; *V*, 1, 19; *XII*, 5, 5; *XIII*, 9, 1. *B. J. I*, 4, 4.
- Siclus**, nummus apud Judeos, *A. J. III*, 8, 2.
- Sidon**, urbs Phoenicæ, a Sidonio condita, *A. J. I*, 6, 2. A Tyris deficit, *IX*, 14, 2. Sidoniu jussu Cyri et postea Darii Judeis ligna cedarina mittunt ad templum Hierosol. instaurandum, *XI*, 4, 1; 4, 6. Sidon capitul ab Alessandro M., *XI*, 8, 3. J. Cassaris pro Judeis rescriptum ad Sidonios, *XIV*, 10, 2; cf. 10, 6. M. Antonius Sidonius imperat ut Judeis restituunt quæ iis eriperunt, *XIV*, 12, 6. Sidonii Pacorum Parthum in urbem admittunt, *XIV*, 13, 3. *B. J. I*, 13, 1. Lls inter Sidonios et Damascenos, *A. J. XVIII*, 6, 3. Herodis M. in Sidonios liberitas, *B. J. I*, 21, 11. Sidonii pareunt Judeis in ipsorum urbe habitantibus initio belli Jud., *B. J. II*, 18, 5.
- Sidonius**, Chanaani f., Sidonem urbem condidit, *A. J. I*, 6, 2.
- Sidonius**, (Sigo) vicus Galil. munitur a Flav. Josepho, *B. J. II*, 20, 6. *V. J. 37*.
- Silanus**, Syriæ præfactus, *A. J. XVIII*, 2, 4.
- Silas**, Agrippæ M. amicus, *A. J. XVIII*, 6, 7. Agrippæ in adversis socius, *A. J. XIX*, 7, 1. Agrippam sibi alienat, *tibid.* Ab Aristone interficitur jussu Herodis et Helcise, 8, 3.
- Silas Babylonius**, vir fortissimus, *B. J. II*, 19, 2, 9. In prælio cadit, *B. J. III*, 2, 1 sqq.
- Silas**, præfectus Tiberiadis, *V. J. 17*.
- Silas** Judeus, Lysiadis tyrannus, *A. J. XIV*, 3, 2.
- Silbonitis** (*Sibonitis*, *Sebonitis*) regio Palæstine, *B. J. III*, 3, 2. (*B. J. II*, 18, 1, ?)
- Silo**, Romanorum dux, a Ventidio in Judea relictus, pecunia corrumpitur ab Antigono, *A. J. XIV*, 14, 6. *B. J. I*, 15, 2. Perfido agit in Herodem, *A. J. 15*, 3. *B. J. 15*, 6. Ex Judea discedit auxilium latus Ventidio contra Parthos, *A. J. 15*, 5. *B. J. 16*, 4.
- Siloa**, urbs Samariæ, tabernaculum ibi positum erat ante templum exstructum, *A. J. V*, 1, 19; 2, 9. Cf. *V*, 10, 2; 11, 3; *VIII*, 7, 7; 11, 1.
- Siloa** (*Siloam*), fons Hierosol., *B. J. II*, 16, 2. *V*, 4, 1; 4, 2; 6, 1; 12, 2.

- Silva Libani*, nomen domus in qua Solomon thesauros suos asservabat, *A. J.* VIII, 7, 2.
- Simon Justus*, pontifex maximus, *A. J.* XII, 2, 4.
- Simon*, Simonis Justi nepos, pontifex maximus, *A. J.* XII, 4, 10.
- Simon*, *Matthes* vocatus, Mattathias fil., *A. J.* XII, 6, 1. Prudentia præcellens, 6, 3. Judeos in Galilea defendit, 8, 2. Jonathas patris adjutor in bello cum Syria, XIII, 1. Ab Antiocho Enth. omnis regionis a Scala Tyriorum usque ad Egyptum constituit præfectus, 5, 4. Jonath. mortuo, Judeorum dux et pontifex, 6, 3; 6, 6. Judeorum immunitatem impetrat; Hierosolymorum arcem diruit; ethnarcha appellatur, 6, 6. Cum Antiocho Sot. amicitiam jungit, 7, 2. Mox vero ab Antiocho bello petitus, ejus ducent Cendebœum prælio devincit, 7, 3. Societatem init cum Romanis, *ibid*. A genero suo Ptolemæo interficitur, 7, 4. Cf. *B. J.* I, 2, sqq.
- Simon*, Dosithei f., ab Hyrcano Romam mittitur legatus, *A. J.* XIII, 9, 2.
- Simon*, Boethi f., pontifex fit; ejus filiam Herodes M. uxorem ducit, *A. J.* XV, 9, 3. Pontificatu privatur, *A. J.* XVII, 4, 2.
- Simon*, Herodis M. servus, post domini mortem regnum affectat; a Grato interficitur, *A. J.* XVII, 10, 5. *B. J.* II, 4, 2.
- Simon*, Esseus, Archelao ethnarchæ somnium interpretatur, *A. J.* XVII, 13, 3. *B. J.* II, 7, 3.
- Simon*, Camithi fil., pontifex, *A. J.* XVIII, 2, 2.
- Simon Cantheras*, pontifex creatur ab Agrippa, *A. J.* XIX, 6, 2. Pontificatus ei abrogatur, 6, 4. Cf. XX, 1, 3.
- Simon* quidam Hierosolymitanus Agrippam M. apud populum calumniatur, *A. J.* XIX, 7, 5.
- Simon*, Judæ Galilæi f., cruci suffigitur, *A. J.* XX 5, 2.
- Simon*, Judæus Cyprus, magus, *A. J.* XX, 7, 2.
- Simon*, Giora f., in prælio apud Bethoron commissario fortitudine eminet, *B. J.* II, 19, 2. In Acrobatene rapiens facit; inde pulsus Massadam occupat, deinde Idumæam populatur; magnam improborum manum cogit, *B. J.* II, 21, 2. IV, 9, 3 sqq. Cum zelots pugnam committit, 9, 5. Idumæam a Jacobo ipsi proditam occupat et vastat, 9, 5 sqq. Zelotes ejus uxorem rapiunt quam mox reddere coguntur, 9, 8. Iterum Idumæam depopulatur, 9, 10. In Hierosol. urbem a populo recipitur, 9, 11. Acris pugna inter Simonem qui superiorem urbem in potestate habet, et Joannem, zelotarum ducem, qui templum tenet, 9, 12; V, 1, 3. Quot sectatores habuerit, 6, 1. Fortiter rem gerit contra Romanos, 6, 3. Societatem init cum Joanne contra Romanos, 6, 4. Aggeres a Romanis ad Joannis monumentum erectos destruit, 11, 5, sqq. Matthiam pontificem multosque viros nobiles interficit, 13, 1. Judam ejusque socios proditionem molientes supplicio afficit, 13, 2. Templo a Romanis expugnato, ipse et Joannes colloquium habent cum Tito; ejus fidei se committere recusant, 6, 2 sqq. Urbem superiorem male defendit, 8, 1 sqq. Urbe a Romanis expugnata, cum amicis et lapicidis nonnullis in cavernam se demittit, viam subterraneam ad fugam patesciturus, VII, 2, 1. A Romanis captus triumpho servatur, *ibid*. Simonis supplicium, 5, 6. Ejus indeoies, 8, 1.
- Simon*, Ananias f., *B. J.* II, 17, 4.
- Simon*, Sauli f., Judeus Scythopolitanus crudelissime in familiam suam sævit, *B. J.* II, 18, 4.
- Simeon*, Gamalielis f., populum contra zelotas excitat, *B. J.* IV, 3, 9. Cum Joanne Levi contra Flav. Josephum machinatur, *V. J.* 3 8 sqq. Ejus ingenium, *ibid*.
- Simon*, Cathke f., Idumæorum dux qui zelotis auxilio venient, *B. J.* IV, 4, 2. Ejus ad Jesu orationem responsio, 4, 4. Hierosolymis a Simonis Gior. partibus stat, *B. J.* V, 6, 1. Fortiter se gerit contra Romanos, *B. J.* VI, 2, 6.
- Simon*, Ezronis f., Eleazari socius, *B. J.* V, 1, 2.
- Simon*, Ari f., zelotarum dux, *B. J.* V, 6, 1. Fortiter pugnat contra Romanos, VI, 1, 8; 2, 6.
- Simon*, Josiae f., Judeus fortitudine excellens, *B. J.* VI, 2, 6.
- Simon Psellus*, Flavii Josephi atavus, *V. J.* 1.
- Simon*, Gabarenorum princeps, *V. J.* 25.
- Simon*, Josephi Flavii satelles, *V. J.* 28.
- Simon*, Levi f., Gischalenus, *V. J.* 38.
- Simon*, Jonathæ f., a Simonis et Anani factione contra Josephum, Galileæ pref. missus, multas ei struit insidias, *V. J.* 39 sqq. A Josepho capitur, 63 sq. Cf. *B. J.* II, 21, 7.
- Simontias*, vicus Galil., *V. J.* 24.
- Simonides*, Flavii Josephi f., *V. J.* 76.
- Sina*, mons Arabiæ (Sinæus mons), describitur, *A. J.* II, 12, 1; III, 5, 1. Deum in eo habitare credebat; Moyses in eo colloquium habet eum Deo, *ibid*. Cf. III, 2, 5.
- Sinæus*, Chanaani, f., *A. J.* 1, 6, 2.
- Sinope*, urbs Ponti, *A. J.* XVI, 2, 2.
- Siphar*, Ammanitidæ dynasta, *A. J.* VII, 9, 8.
- Siris* (Sirias?) regio, in qua Sethi filii monumentum posuerunt, *A. J.* I, 2, 3.
- Sisa*, Davidis scriba, *A. J.* VII, 5, 4.
- Sisares*, Chananaeorum dux, a Jala occiditur, *A. J.* V, 5, 4.
- Sisenna*, Gabinii in Syria legatus, *A. J.* XIV, 6, 1. *B. J.* I, 8, 6.
- Sisenes*, Syriæ et Phoeniciæ pref. sub regno Darii, *A. J.* XI, 4, 4.
- Sitenna*, puteus Palest., *A. J.* I, 18, 2.
